Tunc enim in quantū poterat sollicite satagebat: nō iacēdo s; pot⁹ stando: s; cum nimia eū lassitudo cōpulisset: sedendo sōnū capere. Nemo illū vnquā de lectulo cū ceteris frib⁹ surgere: s; sēper nocturnos vigilādo puenire hymnos: attēti⁹ ꝓcurabat. Plerūqꝫ quīqꝫgenos sepe etiam centenos psalmos: nonnunquam vero totū ex ordie psalteriū āte nocturnale cōsumās signacl'm Exceptis dūtaxat horarꝫ spatijs: qbus orōni lachrymarūqꝫ creberrimarꝫ fundebat pces singularꝫ: Silētio vero ac lectioni assidue vacabat: vt p hec etiā ipsi sctissimo: admirabilis haberetur. Tu autē. Lectio. vj.

His ergo q̄ prediximus: alijsqꝫ quas enūerare longissimū est eo crescēte vtutibus: sctissim⁹ de illo benedict⁹ plerūqꝫ in cōuētu fratrū supp̄sso ei⁹ noīe quasi de alio loq̄bat^r iunior ib⁹ ꝛ negligētioribus illū ꝓponens seq̄ndum. Uidimus aiebat nostra etate quēdam strenuissime nobilitatis iuuenē infra adolescētie annos: ita ois monastice religionis subito arripuisse perfectionē: vt arripi et ꝑoribus similis: immo eq̄lis per omnia dignissime iudicetur. Sꝫ licet hoc beatissim⁹ deoqꝫ dilectus maurus ac nonnulli ex frib⁹: de eo sanctissimi ore benedicti ꝓferri scirent: nunquā tamē ille ꝑ hoc vicio succubuit iactantie. Ardua semper ꝛ sanctiora appetēs ꝛ toto conamine de vtute i vtutē ꝓficere studēs. Tu. aūt.

In natale scti Marcelli



Tempe quo maximian⁹ augustus et diocletianus ... (pape. Lectio. i.) ... st⁹ redićs de ptib⁹ affrice ad vrbē romā: volēs placere diocletiano augusto: vt in noie eius ter

.l.fo.x.

mas a solo edificaret: cepit in inuidiã xpianoꝝ oẽs milites sine romanos oẽs ad afflictionẽ laboris compellere. Et p varia loca alios ad lapides: alios ad arenã fodiendã damnauit. Tu aũt.

In ipso tpe erat vir xpianissim⁹ nomine tarson: Lec. ij. vir potens ⁊ locuples: ⁊ vita fidelis. Hic cũ vidisset affligi xpianos: ad fatigationẽ ⁊ laborẽ: cepit de sua facultate sanctis martyribus alimoniam ⁊ victũ ministrare per viros xpianos: sisinniũ ⁊ ciriacum: ⁊ smaragdum ⁊ largum. Lectio. iij.

Hec audiens beatus marcell⁹ papa romane vrbis: gaudio repletus est de helemosina quã tarson sctis ministrabat. Et rogans ad se venire sanctos viros ⁊ seruos dñi nr̃i iesu xpi. sisiniũ ciriacũ: ⁊ smaragdũ ⁊ largũ inquisiuit ab eis: ⁊ notũ fecerũt sancto marcello pape quomodo tarson sanctis martyribus ministrabat. Tunc gaudio repler⁹: ducens cõsiliũ consecrauit sisinniũ ⁊ ciriacũ diaconos ecclie romane. Factũ ẽ autez: vt vna nocte cum deferrent humeris suis victũ: quẽ tarsom ministrabat: tẽti sũt a paganis: ⁊ ducti sũt ad tribunũ expuriũ. Tu ãt.

Suscipiens aũt eos tribunus: reclusit i custodia Lec. iiij. publica. Post diem aũt tertiũ: nũciauit maximiano augusto. Hec cum audisset maximianus: iussit vt cũ custodia ipsi foderẽt arenã. Et humeris suis ipsi portarẽt: vsqȝ ad locũ vbi ter(me edificabãtur. Tu ãt.

Erat igit̃ vir Lectio. v. senex inter eos noĩe saturnin⁹: q iã senectute macerat⁹ fuerat: ⁊ ceperunt eũ ad portãdũ iuuare. Hec cũ vidissẽt custodes fieri: q sisinnius ⁊ ciriac⁹ dicti sarcinas suas ⁊ aliorũ cũ adiutorio xpi portarent: mirati sunt: ⁊ nũciauerũt tribuno expurio.

Tunc tribun⁹ nũciauit maximiano augu(Tu. aũt. Le. vj. sto dicens: q cũ hymnis deo ⁊ oĩ veneratione xpo gl'iaȝ dabãt. Eodem tpe misit maximian⁹ august⁹: ⁊ iussit sibi sisinniũ presentari. Qui cũ p̃sentatus fuisset: dixit ad eũ maximianus. Quis vocaris? Respõdit. Ego peccator sisinnius s'uus s'uorũ dñi nr̃i ihu xpi. Maximian⁹ august⁹ dixit. Que carmia sũt i vobis? Rñdit sisinni⁹ diacon⁹ dicẽs. Si cognosceres q̃ carmia sũt fideliũ: scires creatorẽ tuũ. Rñdit maximian⁹ august⁹. Et qs ẽ creator nisi inuict⁹ hercules? Respondit sisinnius diaconus. Nobis turpe est: vel nominare vel audire. Tu autem.

In natale sctõrum Fabiani ⁊ seba



IN diebꝰ illis: sebastianus (stiani. Lectio. i.
vir xp̄ianissimꝰ mediolanēsiū vrbis eruditꝰ: ci
uis vero nar bonēsis extitit. Diocletiano ⁊ ma
ximiano imꝑatoribꝰ ita charus erat: vt princi-
patū ei p̄me cohortꝫ traderēt: ⁊ suo eū ꝯspectui
iuberēt semꝑ adstare. Erat enī vir totiꝰ prudētie: i sermone ve
rax: in iudicio iustꝰ: i cōsilio prouidus: in cōmisso fidelis: i inter
uentu strēnuus: in bonitate cōspicuꝰ: in vniuersa morū honesta
te preclarus. Hūc igit̄ milites ac si patrē venerabant̄. Hūc vni
uersi q̄ ꝑerāt palacio charissimo venerabant̄ affectu. Erat enī
verus dei cultor: ⁊ necesse erat: vt quē deꝰ ꝑfuderat grā: ab oī
bus amaret̄. Xp̄o quotidie sedulū exhibebat officiū: sed age-
bat q̄tenus hoc sacrilegis regibꝰ eēt occultū. Nō passionis ti
more perterritus: nec patrimonij sui amore cōstrictꝰ: Sꝫ ad hoc
tantū sub clamide terreni impij xp̄i militē tegebat abscōditus:
vt xp̄ianorū aīas quos iter tormēta videbat deficere: conforta
ret: ⁊ deo redderet aīas q̄s diabolꝰ conabatur auferre. Deniqꝫ
postquā martyrū mētes ml̄tas a timore passionis eripuit: ⁊ ad
coronā glorie ꝑpetue incitauit: Ipse quoqꝫ q̄s eēt appruit: q̄a lu
mē in tenebris latere nō potuit. Clarissimis igit̄ viris marcel-
liano ⁊ marco duobꝰ geminis f̄ribus ꝓ xp̄i noīe in vīculis con
stitutis: quotidie solatiū exhibebat ⁊ tā ipsis q̄ꝫ etiā ꝑuis eorꝫ
cū q̄bus tenti fuerant: salutaria fidei ꝯsilia ministrabat: q̄bus
fugitiua secl'i blādimēta respuerēt itīmabat: ⁊ momētanea tor-
mēto ꝑgeña nō timerēt. Qui cū britissimis ꝯsolatiōībꝰ acquiescerēt
⁊ v̄ba carnificū aīo ꝑseuerāti trāsirēt capitalē iussi sūt subire
sentēciā ea. s. rōe vt si eodē momēto quo decollādi erāt sacrifici
js ꝯsēsissēt: ⁊ pētibꝰ suis ⁊ ꝯiugibus: ⁊ facultatibꝰ redderent̄.
Erāt ei (vt dixīmꝰ) nō solū genere clarissimi: sꝫ ⁊ facultatibꝰ dila

QUoꝝ erat pr̄ trāglinꝰ noīe: ⁊ mr̄ marcia (tati L.a. Lec. ij.
vocabat̄: q̄ illos seq̄bant̄ cū vxoribꝰ eorū: ⁊ filijs. Nimio
enī in suis nepotibus ducebant̄ affectu. Unde factum est vt ab
agrestio cromatio vrbis rome p̄fecto trigīta dierū īducias īpe
trarēt. In quorū spacio ageret̄ cū eis: q̄tinꝰ ad turificādū idol'
ꝯsētirēt. Accedētes itaqꝫ amici eorū ad eos ceperūt dicere. Uñ
vob̄ tā dura mēs: tāqꝫ ferreū pectꝰ: q̄d caniciē p̄ris patit̄ abijce-
re: ⁊ m̄ri iā decrepite noui ptꝰ dolores afferre. Nā illa ptꝰ sui do

lores consolationibus superabat: dum in vno dolore duos filios pareret: et geminum patri funderet filiorū affectū. Nunc vero insatiabilis dolor et incōparabilis pena: irremediabilis cruciatus incōsolabilis luctus est quo spes et gaudium tollitur: vita cōtemnitur gloria respuitur. Et cōtemptis omnibus pietatis affectibus: mortis atrocitas appetitur. Obsecramus vos o amici charissimi: tandem his date cladibus finē: et vos parētes esse dulcium filiorꝫ vel ammoniti memētote. Hec et his similia amicis dicentibus: miserā se clamans mater aduenit: et soluto capite caniciē sue senectutis ostendens in conspectu eorum vestem qua pect⁹ tegebatur scidit: et cunctis flētibus: ostendebat eis laxis pellibus quas suxerāt mammas: et blādimēta que infantie eorū exhibuerat: eiulādo et lachrymis memorabat. Aiebat ergo ad ambos. Tu mihi semꝑ es fili blanditus: et tu amplius verecūdatus. In illo imaginē meā peperi: in te paternos vultus effudi. Tu patri vtilior: iste similior. Heu me heu me miseram circūuallat me ex omni parte incōparabilis luctus: inaudita miseria: et gemina orbitas nullis penitus tribulationibus comparanda Tu autem. Lec. iij.

Ego mitto filios ad mortem: vltro properantes. Quos si mihi hostes auferrēt: per medias sequerer acies bellatorū. Si iudicia violēta cōcluderent: carcerem simul irrūperem moritura. Nouū hoc genus est pereundi: in quo carnifex rogatur vt feriat: vita optat̄ vt ꝑeat: et mors īuitat̄ vt veniat. Nou⁹ hic luct⁹ est: noua miseria. In qua natorū iuuentus spōte amittitur et parētum miseranda cogitur senectus vt viuat. Ista et his similia matre prosequente: infirmus pater et grauis iā senio manibus adducitur famulorū: et cano cigneo qꝫ capiti terre puluerē spargens huiusmodi dabat voces ad celū. Ad mortē vltro proficiscentibus filijs valedicturus adueni. Ut vniuersa que a filijs sepulture mee exhibenda parauerā: ego infelix in filios sepulturos expendam. O filij mee baculi senectutis et geminū meorū viscerum lumē: nati feliciter: et prospere educati. Excellentissime memorie: et ingenij singularis. omniumqꝫ liberalium peritia litterarꝫ ibuti. Que ista repēte insania vestra voluntate progenita mortis vos fecit esse amatores. Numqꝫ ista viuentibus placuit: nūqꝫ moritur⁹ suū amorē duxit. Ad quoscūqꝫ per

uenire aūt potuit: violenter admissa est: nō volūtate ab vllo vi
uente suscepta. Si hanc nullus debitoꝛ sub auaro feneratoꝛe
posit⁹: nulla potest rōe diligere: quā nō solū cognoscit nō dili-
gere sed timere: Qua ratione eā appetit: q ꝛ bonis exuberat: ꝛ
penitus vlli nihil debet? Uenite huc senes: ꝛ mecū super filios
plangite: q vos viscera paterna sentitis habere. Uenite huc iu
uenes: ꝛ flete super iuuenes: sponte pereuntes. Huc accedite
patres prohibete talia: ne talia patiamini. Deficite ploꝛādo o-
culi mei: ꝛ caliginē obducite fūdentes flumina lachꝛymarū: ne
videam cedi gladio: quos dū virga leuis tangeret tremui. Dū
tristātes leuiter viderē: expaui. Igitur dū hec ꝛ talia senioꝛ age
ret: ꝛ ecce amboꝛum coniuges cum natis ꝓprijs veniūt. Et as-
pectibus eoꝝ ꝓpꝛios infantulos offerentes: has voces eiu-
lantes effundūt. Quibus nos seruituras relinqtis: Quib⁹ cō
iugij vestri traditis charitatē? Qui putatis erunt boꝝ īfanti-
um dñi: ꝛ domoꝛum vestrarū auidissimi ꝑuasoꝛes: qui erunt ve-
stre occupatoꝛes familie? Uel qui sibi diuisuri sūt vernaculos
quos nutristis? Heu quā impio crudelitatis genere parētes dis
picitis: amicos respuitis: vxoꝛes abijcitis. Filios abdicatis: ꝛ
vos ipsos carnifici vltro exhibetis. Interea dū ista dicūtur: ꝛ
illa referuntur: inter vxoꝛum lachꝛymas ꝛ suspiria filioꝝ: cepe
runt milites xp̄i mollescere: ꝛ aīos suos flectere ad doloꝛē. L. a.

Hic spectaculo ꝙt supra dixim⁹ īterErat scūs seba- L. iiij.
stian⁹ vir xp̄ianissim⁹. Quē occultabat militaris habit⁹:
ꝛ clamidis sue obūbꝛabat aspectus. Ac vbi vidit athletas dei
immēso certaminis pondere fatigari: in medio eoꝝ se obijciens
dixit. O foꝛtissimi milites xp̄i: instructissimi diuini ꝑlij bellato-
res: per nimiaꝫ ṽtutē animi foꝛtiter ꝑuenistis ad palmam: ꝛ nūc
ꝑ misera blādimēta: coꝛonā depouitis sempiternā? Discat nūc
ꝑ vos xp̄i militū foꝛtitudo: fide poti⁹ armari quā ferro. Nolite
victoꝛiarū vr̄arū insignia ꝑ mulierū blandimēta abijcere: ꝛ su
biectas pedibus vr̄is hostis insani ceruices ad victricia ꝛ redi
uiua iterū bella laxare. Cuius quāuis seua cōtra vos extiterit
ꝛ perquam iniqua instantia: seuioꝛ tñ efficitur ira repetita. Exi-
gite igit̄ plenis affectib⁹ trophеū vr̄i certaminis gl'iosū: ꝛ noli
te illō omittere fletib⁹ ꝑuuloꝝ. Isti quos ploꝛātes aspicit ꝛ gau
derent hodie si possent scire quod nostis. Putant enī ꝙ ista vi

ta sit sola: q̄si finē acceperit: nulla vitalis anima corpore defi-
ciente: valeat potior manere. Si enī scirēt eē alterā vitā ignarā
mortis: tristicie nesciam: in q̄ īmortalitas regnat ⁊ ꝑpetua gaudia
cōmorātur: ꝓfecto vobiscū ad illā festinarēt pertigere: ⁊ istam
vitā pro nihilo cōputātes: illā appeterēt: que ⁊ i exultatione ꝑ-
manet: ⁊ penitus finiri nō nouit. Ista enī vita fugitiua est: ⁊ tā
infidelis: vt nec amatorib⁹ suis fidē potuerit custodire. Ab ori
gine enī mūdi i se credētes fefellit: oēs in se expectātes decepit
cunctos de se presumentes irrisit. Et ita nullū omnio certū red
didit: vt oibus ꝓbetur fuisse mētita. Atq̧ vtinā solius mēda-
cij culpa esset obnoxia: ⁊ per omnia crimina currere suos nō co
geret amatores. Tu autē. Lectio. v.

Ipsa edacitatē glutonibus: ipa ebrietatē ingerit temulētis
Ipsa naufragiū pudoris adulteris: ipa execrabile tradit
ꝑuersitatē incestis. Ipsa ammonet furē vt rapiat. Iracūdū vt
seuiat: mēdacē vt fallat. Ipa īter coniuges diuortia seminat: in
ter amicos discordiā: inter pacificos lites: īter fratres scādala
Ipsa tollit iudicib⁹ iusticiā: castis pudiciciā: artib⁹ peritiā. Ipa
aufert morib⁹ disciplinā: ⁊ vt altiora que amatoribus suis inge
rit crimina memoremus. Si fratrē aliq̄ndo germau⁹ vel frater
occidit: si fili⁹ negauit patrē. Si interempt⁹ est ab amico amic⁹:
cui⁹ hec instinctu facta sunt scelera: cuius intuitu? Cui⁹ spe? cu
ius fiducia nefanda cōmissa sunt? Hec ergo vita ē q̄ vos fallit
o amici: vt amicos vestros ad vitā euntes ꝑpetuam: iniusto con
silio reuocetis. Hec vos instigat parentes sanctissimi: vt filios
vestros proficiscentes ad comitatū celi: ad honorē incorrupti-
bilē: ad amicicias imꝑatoris eterni stultissimis lamētatiōibus
reuocetis. Ista ē o castissime cōiuges beatorꝝ q̄ ꝑ pietatis dolo-
rem impietatē martyrū mētib⁹ fecit tradere: ⁊ necē ꝓ liberatio
ne afferre. Nolite timere: nō separabūtur a vobis: sed vadūt
vobis preparare in celo desideratas mansiones: in q̄bus vna vo
biscū ⁊ filijs vestris: in ꝑpetuo gaudio maneatis. Tu aūt. L vj.

Dixit cū hec btūs sebastian⁹ indut⁹ clamide: succinct⁹ balteo
ex suo ore ꝓferret: subito ꝑ vnā ferc horā splēdore nimio de
celo veniēte illuminat⁹ ē. Et sub ipo splēdore pallio candidissi
mo amictus iuuenis appuit iuxta eū. Hec aūt gerebantur itra
domū ꝑmicerij noīe nicostrati: apud quē custodiebātur marcel

lian⁹ 7 marc⁹. Qui nicostrat⁹ habebat vxorē noīe zoe. Hec aūt sex ānos egritudinis īmīnētate: facta ē muta. Prudētiā tñ audiendi 7 intellegēdi nō amiserat: verū etiā meli⁹ q̄ʒ pri⁹ habuerat optinebat. Hec itaqʒ cū intellexisset oīa q̄ beatus sebastian⁹ dixerat: 7 tantū lumē circa eū vidisset: Cūqʒ omnes facto miraculo stupore tenerētur innuebat manu oībus quasi exprobrandi essent: qui tā euidenti assertioni nō crederēt: 7 genibus eius ad uoluta: rogare eū manuū indicijs cepit. Sed beatus sebastian⁹ cū videret q̄ discreta lingue expssione declarare nō posset: causas huius silētij pcōctat: didiscit sermonis illi copiā nimia vi infirmitatis ablatā. Tunc beat⁹ sebastian⁹ dixit. Si ego ver⁹ xp̄i sūuꝰ sū: 7 si xba sūt oīa q̄ ex ore meo audiuit hec mulier: 7 credidit: iubeat dñs meus iesus xp̄s: vt redeat ad eā officiū labioꝝ 7 apiat os eius: q apuit os zacharie pphete dñi. Ad hanc vocē scti sebastiani exclamauit mulier voce magna: dicēs. Beat⁹ es tu 7 benedictus sermo oris tui: 7 benedicti q credunt p te xp̄m filiū dei vivi. Ego eni vidi ocul' meis angl'ʒ ad te veniētē de celo: 7 librū ante oclos tuos tenētē: ex cuius lectione vniuersa sermonis tui ordo decurrebat. Bñdicti q in oībus q̄ locut⁹ es credunt: 7 maledicti q dubitauerit: vl' in vno xbo ex his oīb⁹ q̄ audierūt. Qm sic̄ supueniēs lumē vniūsas tenebras noctis excludit: 7 oīum ocul' lumē qd nox ceca negauerat reddit: ita lux sermonī tuorū oēm caliginē: oēmqʒ ignorātie mee cecitatē extersit. Et serenū post tenebras diē mētib⁹ reddidit. A me autē non solum incredulitatis tenebras exclusit: Verū etiā sermonis mei ostiū quod per sex annos clausum fuerat aperuit. Videns aūt nichostratus vir eius tāta mirabilia xp̄i in sua vxore celebrata: cepit pedibus sancti sebastiani aduolui 7 indulgentiā petere p hoc qd iperiali 7 pfectorio iussu: sanctos habuisset in vincul'. Et auferens ex manibus eoꝝ ferreos vectes: genua eoꝝ amplexus rogare cepit: vt dignarētur abscedere dicens. O quam beatus essē: si pro vr̄a salute possem mereri ɔstrigi: forsitā p sāguinis effusionē abluerer: vt mortē illā penaꝝ eternaꝝ euaderē: 7 ad illā vitā ptigerē: quā nobis de⁹ p os dñi mei sebastiani manifestare dignat⁹ ē. Cūqʒ rogaret marcellianū 7 marcū vt abscederēt dixerūt ei. Si tu fidei gl'iā quā nūq̄ʒ habueras accepisti quomō nos quā sēp ab ifātia habuim⁹ reliqntes: passiōis nr̄e calicē da

mus: quē nos tibi ꝓpinare possum⁹ nō dare: Diues enī est in oībus xp̄s: ⁊ ad se venientibus meliora exhibet ꝙ̄ rogať. Lu ā͠t.
IN illo tp̄e: descendēs Jh̄s de mōte: ste Secūdū lucā.
tit in loco campestri ⁊ turba discipl'orū eius. Et multitudo copiosa plebis: ab oī iudea ⁊ ihrl'm: ⁊ maritīma ⁊ tiri ⁊ sidonis Qui venerant vt audirent eū: ⁊ sanarētur a lāgorib⁹ suis. Et reliqua. Lectio. vij.
BEatissima in apostolorum natale zoe dū ad cōfessionē petri apostoli oraret: ab insidiantib⁹ paganis arctatur. Ducitur q̄ʒ ad patronū regionis naumacie: ⁊ cōpelliť martis staticulo quod illic stabat thuris guttam īcendere. Cui illa respondit. Mulierē ʒ marti sacrificare cōpellis: vt ostendas martē muliebria delectari. Sed ille īpudicissime veneri potuit pudorē eripere: mihi vero tropheū in frōte fidei portanti non poterit preualere. Nō ergo meis cōtraire viribus luctor sed dn̄i mei iesu xp̄i virtute cōfidens: ⁊ vos ⁊ illū pariter ridendo cōtemno. Tunc patronus regionis misit eā ʒ in custodiam obscurissimam: ⁊ per q̄nq̄ʒ dies fecit nec lumē videre eam: nec cibū nec potū accipere. Solū vox eius q̄ eam illic incluserat audiebatur dicētis sibi. Morieris fame ⁊ cecitate: nisi te libaturam promiseris diis. Sed cum transisset sex dies: Suggesserūt de ea prefecto seuienti: qui iussit eam a collo ⁊ capillis in arborē excelsam suspendi: ⁊ subter fumū sterq̄linij adhibere. Stati aūt vt suspensa est in confessione dn̄i emisit spm̄ Illi aūt auferētes corp⁹ ei⁹ saxo ligauerūt. Et tiberis alueo immiserūt dicētes Ne xp̄iani corp⁹ eius tollant: ⁊ faciāt sibi illā deā. Igiť celebrato ei⁹ martyrio venit ī sōnio sctō sebastiano: ⁊ narrauit ei q̄liter martyriū dn̄i suscepisset: scūs sebastian⁹ ꝓripuit et aīt tranq̄lino dicens. Femine nos ad coronam p̄cedūt. Ut q̄d viuim⁹? Et discedēs octauo die apostolorū: ad bti pauli cōfessionē accessit. T. a. Lec. viij.
NIcholomin⁹ ⁊ ip̄e ppessus insidias tētus est ⁊ a ppl'o lapidatus: mortu⁹ ē. Et corpus eius tiberino gurgiti mācipatū ē. Itē nichostratus et claudi⁹ vna cū castorio ⁊ victorino: ⁊ simphoriano dū corpa sāctorū p orā tiberinam reqrerēt: a p̄secutorib⁹ tēti sunt: ⁊ ad vrbis p̄fectū ꝑducti sunt. Erat iudex fabian⁹ q̄ eos hortat⁹ ad sacrificandū accelerarēt: ⁊ ꝑ decē dies minans eos ⁊ blādicijs agēs in nullo penit⁹ potuit cōmouere. Tūc fecit de eis ipatoribus su

gestionem. Quiqꝫ iusserũt eos torq̃ri tercio. Cum nulla ratiõe
tormentis compulsi cederent: iussit eos ĩ medio mari precipites
dari. Jmmẽsis itaqꝫ arctati põderibꝰ pelagi fluctibꝰ dati sunt:
vt in loco mũdo inter aquas coronã martyrij celebrarẽt. Insi-
diabant̃ itaqꝫ infideles fidelibus: ꝛ iniquo furore xp̃ianũ non
poterãt nomẽ audire. Interea dũ torq̃tus qui eis se simulata fi
de sociasset dicẽs se esse xp̃ianũ: porro hic apostata extiterat: ꝛ
erat fraudulentus in oĩ sermone: ꝛ callidꝰ in oĩ cõmisso. Quid
multa? Dũ a ti-burtio viro scolasticissimo ꝛ scõ frequẽter argu
eretur: Qđ capillos sup apicẽ frõtis tõsoris arte cõponeret: ꝙ
assidue pasceret: ꝛ ludẽdo pranderet: ꝙ libẽtiꝰ feminarũ se aspe
ctibus daret: ꝛ ꝙ a ieiunijs ꝛ orõnibus se tolleret: ꝙ somno de-
ditus nõ interesset puigil in hymnis dei. Dũ pro his vt dixim⁹
a beato tiburtio acriꝰ argueret̃: simulat se eq̃nimit̃ monẽtẽ acci
pe: ꝛ dat artẽ q̃tenꝰ orãtẽ sãctũ tiburtiũ cõprehẽderẽt ĩfideles.

IN qua cõprehensione seip̃m teneri fecit: ꝛ si Lect. ix.
mul ad secretorium pduci iudicis seuientis. At vbi intro
ducti sunt fabianus p̃fectus ad eum dixit: q se arte tradiderat.
Quis diceris? At ille respõdit torquatꝰ. Fabianꝰ dixit. Igno
ras quod iusserũt inuictissimi p̃ncipes: vt qui sacrificare dijs
noluerit: diuersis supplicijs marcerẽt. Torquatꝰ dixit. Xp̃ianꝰ
sum. Fabianꝰ dixit quid ꝯfiteris? Torquatꝰ ait. Hic magister
meus est: ꝛ ip̃e me docuit semp: qđ hunc video facere necesse est
vt faciã. Fabianꝰ cõuersus ad tiburtiuꝫ dixit. Audisti qd torq̃
tus asserat? Quid ad ista respõdes? Tiburtius dixit. Torquatꝰ
diu est quod se xp̃ianũ mẽtitur. Uirtus enim ip̃ius nois sancti
graniter fert ꝛ moleste suum nomẽ non a suis amatoribꝰ vsurpa
ri. Re enim vera vir illustrissime. Hoc xp̃ianum vocabulum di
uine virtutis est sectatorum scilicet xp̃i q vere philosophati sũt
q ad obterẽdas libidines fortiter militauerũt. Credis ne vir il
lustrissime istũ esse xp̃ianũ: q in lenocinio sui moliẽdo capitꝭ fim
brias omittit: q tonsurã diligit: q flexũ gressũ ip̃robo visu osten
dit: q scapulis molliter gestit: q vota negligẽter agit: feminas
diligentius intuet̃. Nũquã tales pestes xp̃s habere dignatꝰ ẽ
seruos. Uerũ qm̃ me hic se imitaturũ asseruit: hic ĩ tuo ꝓbabis
eũ cõspectu mentitũ. Hinc eni q̃lis semp fuerit nũc euidenter
ostendet. Fabianus dixit. Cõsultiꝰ facies: si saluti tue cõsulas:

et pncipũ decreta nõ otẽnas. Liburti⁹ dixit. Ego saluti mee me
li⁹ nõ osulo:q̃z vt dos deasq̃z otẽnẽs: vnũ dñm iesũ xp̃m dñz me
ũ ee ofitear. Lorq̃t⁹ dixit. Nõ solũ ipe xp̃ian⁹ crudelis ẽ: verũ
etiaz multos psuadet: decipit ac docet: omnes deos demones
esse. Ipe aũt cũ socijs suis: cũ qb⁹ magicas clades exercet: die
noctuq̃z incãtatiõib⁹ occupat. Tiburti⁹ dixit. Falsus testis non
eritipũit⁹. Iste quẽ vides illustrissime vir: malicie sue cura ext
stuãs: ad nihilũ aliud ẽxpianis iiict⁹: nisi vt cogitaret quomo
do se nobili q̃si xp̃ianũ ostẽderet: ꝛ quõ alijs se fidelissimũm men
tiret. Reprehẽdebã tñ meũ ciclopũ edacitate imersum vino pu
dore ꝛ sepultam diuini nominis sanctitatem. Lu aũt.

In natale sãcte agnetis virginis.


Omnes q̃ gl'iemnr i dño: ꝛ ad edificationẽ virgi
nũ: qlit passa sit agnes btissima ad mẽoriã reuo
cem⁹ Lertiodecimo etatis sue ãno: mortẽ pdidit
ꝛ vitã inuenit: q: solũ vite dilexit auctorẽ. Infã
tia cõputabat i ãnis: sz erat senect⁹ mẽtis imẽ
sa: Lorpe qdẽ iuuẽcla: sz aio cana. Pulchra fa
cie sz pulchrior fide. Que cũ a scholis reuerteret: a pfecti vrbis
filio adamat. Lui⁹ parẽtes dñ requisisset: ꝛ iuenisset: cepit offerre
plurima ꝛ ãpliora pmittere. Deniq̃ secũ detulit ornamẽta pcio
sa: q̃a btã agne veluti q̃dã stercora sũt recusata vnde factũ est
vt iuuẽis maiori vrgeret stimlo: ꝛ putãs eã meliora velle accipe
ornamẽta: omne lapidũ pciosoꝝ secũ defert glãz: ꝛ p se ipm et
p amicos ꝛ notos: ꝛ affines cepit aurem vginis appllare. Diui
tias. domos. possessiões. familias atq̃z omnes mũdi delicias re
pmittere: si ↄsẽsuz de ↄiugio nõ negaret. Ad hec beata agnes.
Tale ferẽ iuuẽi dedisse respõsũ. Discede a me fomes pcãti: nu
trimentũ facinoris: pabulũ mortis. Discede a me: q: iã ab alio
amatore pueta sũ: qui mihi satis meliora te obtulit ornamẽta: ꝛ
anulo fidei sue subarrauit me: lõge te melior ꝛ genere ꝛ dignita
te ornauit me iestimabili decore. Dextrã meã ꝛ collũ meũ cixit la
pidib⁹ pciosis tradidit aurib⁹ meis inestimabiles margaritas:
ꝛ circũdedit me vernãtib⁹ atq̃z coruscãtib⁹ gẽmis. Lu. a. R. ij.
Posuit signũ i faciẽ meã: vt nullũ pter eũ amatorẽ admittaz
Induit me ciclade auro texta: ꝛ imẽsis mõilib⁹ ornauit me

Ostēdit mihi thesauros icōparabil's: quos mihi se daturū si ei pseuerauero repromisit. Nō ergo potero ad ɔtumeliã prioris amatoris: vel accipere aliū: ⁊ aliū derelinq̄re: cū quo sū depacta charitate. Cui⁹ est generositas celsior: possibilitas fortior aspect⁹ pulchrior amor suauior: ⁊ omni grā elegātior. A quo mihi iā thalam⁹ collocatus est. Cui⁹ mihi organa modulatis vocibus sonāt: cuius mihi virgines iustissimis vocib⁹ cantant: iam mel ⁊ lac ex ore eius suscepi. Jam amplexib⁹ eius castis: astricta sum. Jam corp⁹ ei⁹ corpori meo sociatū est: ⁊ sanguis eius ornauit: genas meas. Cui⁹ mať virgo est: cuius pater feminā nescit. Cui angeli s̄uiūt: cuius pulchritudinē sol ⁊ luna mirantur. Cui⁹ odore reuiuiscūt mortui: cuius tactu formidāť inferni. Cuius opes nūq̄ꝫ deficiūt: cui⁹ diuitie non decrescūt. Ipsi me tota deuotione cōmitto. Quē cū amauero casta sum: cū tetigero mūda sū. Cū accepero virgo sū. Nec deerūt post nuptias filij: vbi partus sine dolore succedit: ⁊ fecūditas quotidiana cumulatur. Audiens hec insan⁹ iuuenis: amore capiť ceco: ⁊ inter āgustias animi anhelo cruciabať spiritu. Inter hec lecto ꝓsternitur: ⁊ ꝑ alta suspiria amor a medicis aperiť. Fiūt nota patri: que fuerāt inuēta a medicis. Et eadē paterna voce q̄ fuerāt iam dicta a filio: ad petitionē virginis reuoluūť. Abnegat agnes beatissima ⁊ se nullo pacto asserit ꝓoris spōsi federa violare. Cūq̄ꝫ pater in fastib⁹ ɔstitutus: se p̄fecturā agere: idcirco nō sibi quēuis etiã illustrissimū posse p̄ferri: cepit tā ingrere vehemēter quis esset sponsus: de cuius se agnes potestate gloriaretur: aut iactaretur

Tunc qdā extitit ex parasitis ei⁹ qui diceret hāc christianā eē ab infātia: ⁊ magicis artib⁹ ita occupatā: vt xp̄m dicat spōsū suũ. Audiēs hec prefectus letus efficitur. Et missa apparitione cū ingēti strepitu: suis eā tribūalib⁹ sisti precepit. Et primum quidem blādiť eam sermonibus secretius prouocat. Dehinc terroribus pulsat. Sed christi virgo nec blandimēto seducitur nec terrore concutitur. Sed eodem vultu eodemq̄ꝫ animo pseuerans et terrētem sicut blandiētem animo ɔridebat. Vidēs itaq̄ꝫ simphroni⁹ p̄fect⁹ tātā i puella ɔstātiā: pentes ei⁹ alloqť: Et q̄ erāt nobiles: ⁊ vi iferre nō poterat: titulũ xp̄ianitatis opposuit. Sequēti itaq̄ꝫ die agnem sibi presētari iubet. Et iterum atq̄ꝫ iterum repetens replicare cepit de iuuenis a

(Lu aūt. 𝔷.iij.

more sermonẽ. Cũq3 omnis sermo eiꝰ casso labore deficeret: si-
sti eam suis tribunalibꝰ iterũ iussit. Cui ⁊ dixit. Superstitio xp̄ia
noꝝ de quoꝝ te magicis artibꝰ iactas: nisi a te fuerit segregata:
nõ poteris insaniã abijcere pectoris: neq3 eq̄ssimis ↄsilijs ꝑbe
re ↄsensũ. Unde ad venerãdam deaz vestaz te ꝓperare necesse
est: vt si ꝑseuerãtia v̄ginitatis placet: eiꝰ die noctuq3 sacrificijs
venerãdis sistas. Ad hec beata agnes dixit. Si filiũ tuũ quam
uis iniquo amore vexatũ tamẽ viuẽtẽ hominẽ recusaui: hominẽ
vtique qui est ratione capax: qui audire et videre et palpare:
⁊ ambulare potest: ⁊ flore huius cum bonis perfrui. Si ĝ hunc
causa amoris xp̄i nulla possũ ratione recipe: quomodo possum
idola muta ⁊ surda: ⁊ sine sẽsu ⁊ sine aĩa colere: ⁊ ad iniuriã sũmi
dei ceruices meas vãis lapidibꝰ iclīare: Audiẽs hec siphroniꝰ
dixit. Cupio ꝑbere ↄsiliũ ĩfãtie tue: ⁊ adhuc te deos blasphemã
tẽ idcirco differo: q2 annos tuos infra sẽsuz aspicio. Noli ergo
temet ipsã ita decipere: vt motꝰ deoꝝ ĩcurras. Lu aũt. Lec. iiij

BEata agnes dixit. Noli infãtiam corporalẽ ita ĩ me despice
re: vt putes me te velle habere ꝓpiciũ. Fides enĩ nõ in ãnis
sed ĩ sensibꝰ gerit̃. Et deꝰ omnipotẽs mẽtes magis probat: quã
etates. Deos aũt tuos quoꝝ motꝰ me icurrere nõ vis: ipsis ira
sci ꝑmitte: ipsis loqui. Ipsi hoc mihi ꝑcipiãt: ipsi iubeãt se coli
ipsi iubeãt se adorari. Uerũtñ q2 te ad hoc video tẽdere quod
impetrare nõ poteris: qdquid tibi videt̃ exerce. Simphronius
dixit. Unũ tibi ex duobꝰ elige: aut dee veste sacrifica: aut cũ me
retricibꝰ scortaberis in ↄtubernio lupanari. Et longe erũt a te
xp̄iani: qui te ita magicis artibꝰ ibuerũt. Ut hãc calamitatẽ in-
trepido animo: te ꝑferre posse cõfidas. Unde vt dixi aut sacri-
fica dee veste ad laudẽ generis tui: aut ad ignominiaz nataliũz
tuoꝝ eris publice abiectionis scortũ. Tũc beata agnes cũ ingẽ
ti ↄstãtia dixit. Si scires qs est deꝰ meꝰ: nõ ista tu ex ore tuo pro
ferres. Unde q2 ego noui virtutẽ dñi nostri iesu xp̄i secura ↄtẽ
no minas tuas. Credẽs ꝙ neq3 sacrificẽ idolis tuis: neq3 pollu
ar sordibꝰ alienis. Mecũ enim habeo custodẽ corporis mei an
gelũ dñi. Nã vnigenitꝰ dei filius quẽ ignoras: murꝰ mihi ẽ ĩpe
netrabilis: ⁊ custos mihi ẽ nũq3 dormiẽs: ⁊ deffensor mihi ẽ nũ
q3 deficiẽs. Dij aũt tui aut erei sũt: ex qbꝰ cucume meliꝰ fiũt ad
vsus hominũ: aut lapidei: ex qbꝰ platee meliꝰ sternunt̃. Diuini

tas q̃ nõ in lapidib⁹ habitat sed in celis. Neq̃ȝ i ere aut i aliq̃ uo metallo: Sed in regno ɔsistit sup̄no. Lu aũt ꝛ sit es tui nisi ab isto rũ cultura recesseritis: sitis vos pēa ɔcludet. Sicut enĩ igne con flati sunt vt fũderēt: sic colētes eos ꝑpetuo icēdio ɔflabũt: nõ vt fũdāt: s; vt ɔfũdāt. ꝛ peāt i etnũ. Ad hec isan⁹ iudex iussit eã expoliare: ꝛ nudã ad lupanar duci: sub voce p̄cõia dicētis. Ag nē sacrilegã ṽginē diis blasphemiã iferētē: scortũ lupanari bus date. Stati autē vt expoliata ē crine soluto: tãtam densitatē capillis ei⁹ gr̃a diuina ɔcessit: vt meli⁹ eoꝝ fimbrijs videreť: quã vestib⁹ tecta. Ingressa aũt turpitudinis locũ: āgelũ illic dei ita patũ inuenit vt circũdaret eã imēso lumine: ita vt null⁹ posset eã ꝑ splēdore nec ɔtigere: nec videre. Fulgebat enĩ tota cella illa: q̃ si radiãs sol i ṽtute sua. Lu autem. Lec. v.

Et q̃nto curiosioꝛ q̃s eã oc'lis voluisset videre: tãto pl⁹ sui vi sus aciē obtũdebat. Cũq̃ȝ se i oꝛationē dño substrauisset: apparuit ante oc'los ei⁹ stola cãdidissima. Et app̄rehēdēs eam induit se: ꝛ dixit. Gr̃as tibi ago dñe iesu xp̄e q̃ me numero ancilla rũ tuaꝝ ɔputãs: vestiariũ mihi largiri p̄cepisti. Ita nãq̃ȝ ad mē surã coꝛpusculi ei⁹ aptatũ erat idumētũ: ꝛ ita nimio cãdoꝛe ɔ̄spicuũ: vt null⁹ dubitaret hoc nõ nisi manib⁹ angelicis p̄paratũ. Interea lupanar loc⁹ oꝛationis efficiť. In quo omnis q̃ fuisset ingressus adoꝛaret: siue venerareť dans honoꝛē imēso lumini: adeo vt q̃sq̃ȝ mũdioꝛ egredereť foꝛas: q̃ fuerat int⁹ igressus. Cũq̃ȝ hec agereť p̄fecti fili⁹ q̃ auctoꝛ hui⁹ sceleris erat: venit ad locũ cũ sodalib⁹ suis iuuēculis: q̃si isultatur⁹ puelle cũ q̃b⁹ libidinis sue se credebat ludibriũ eijcere. Et ingressos ante se feruētes pueros: ꝛ turpiter seuiētes: cũ nimia autē veneratione ꝛ ingenti admiratione regressos cepit impudenter agere: et vanos ac molles ꝛ miseros iudicare. Et irridēs eũ locũ in quo virgo oꝛabat: audacter ingressus ē. Et vidēs tãtũ lumē circa eam nõ dedit honoꝛē deo: sed irruēs in ipso lumie p̄usq̃ã vel manu eam ɔtigeret: cecidit in faciē suã: ꝛ p̄focatus a diabolo expirauit. Videtes aũt socij ei⁹ q̃ moꝛa; int⁹ inecteret: putabant obscenis eum operib⁹ occupari. Et ingrediēs vnus ex iuuenib⁹ q̃ ei familiarioꝛ erat: vt q̃si cõgratulareť insultationi ei⁹. Moꝛtuum eum inueniēs: exclamauit voce magna dicēs. Pijssimi romani: succurrite. Magicis artib⁹ ista meretrix: filium p̄fecti

interfecit. Fit repente cōcurs⁹ populorū ad teatrū: ꝛ varia vul-
gi furētis acclamatio. Alij dicebāt magicā. Alij dicebāt nocē
tem: alij sacrilegā cōclamabant. Prefect⁹ āt audiens filiū su-
um iterisse cū ingēti tumultu ꝛ luctu venit ad teatrū. Et ingres-
sus locū in quo corpus filij ei⁹ exanime iacebat: cū īgēti clamo
re dicebat beatissime virgini. Crudelissima omniū feminarū: ad
filiū meū voluisti apodixā artis tue magice demōstrare. Et cū
talia atq; huiuscemodi verba multa repeteret: ꝛ causas mortis
eius ab ea vehementer inquireret: Beata agnes dixit. Ille cu-
ius volūtatē volebat pficere: ipse in eū potestatē accepit. Quare
omnes q ad me ingressi sunt: sani sunt: qa vniuersi dederūt ho-
norē deo: qui misit angelū suū: ꝛ induit me hoc indumēto mie:
ꝛ custodiuit corp⁹ meū: qđ ab ipis cunabilis xpo cōsecratū ē ꝛ
oblatū. Uidētes ergo splēdorē angelicū: adorabāt oēs ꝛ absce-
debāt illesi. Hic aūt impudēs stati vt ingressus est: cepit seui-
re ꝛ fremere. Cūq; manum suā ad me cōtingēdā aptaret: dedit
eū angel⁹ dñi in reprobā mortē. Dicit ei prefectus. In hoc ap-
pebit: qa nō magicis artibus ista gessisti: si depcata fueris āge-
lū: vt restituat mihi filiū sanū. Cui btā agnes dixit. Licet fides
tua hoc impetrare non mereť a dño: tamē qa tēpus est vt fides
dñi nři iesu xpi manifesteť: egredimini omnes: vt solitā ei orō
nem offeram. Cumq; vniuersi fuissent egressi: prosternēs se ī fa-
ciē plorans rogare cepit dñm: vt iuuenē suscitaret. Orāte autē
illa apparuit angel⁹ dñi: q et eleuauit eā flētē. Et cōfortans ani-
mum eius: iuuenem suscitauit. Qui egressus foras: cepit voce
publica clamare ꝛ dicere. Unus deus in celo ꝛ in terra: ꝛ ī mari:
qui est deus xpianorū. Nam omnia templa vana sunt. Dij q
coluntur omnes vani sunt: ꝛ penitus nec sibi possunt: nec alijs
aliquod auxilium exhibere. Ad hanc vocem omnes aruspices
ꝛ templorum pontifices conturbantur. Et fit per eorum cōtur-
bationē vehementior quā fuerat seditio populorū: atq; omnes
vna voce clamabant. Tolle magam. Tolle maleficam: que et
mentes immutat: ꝛ animos alienat. Prefectus aūt videns tā-
ta mirabilia obstupuit. Sed veritus proscriptionē si cōtra pōti-
fices tēplorum ageret: ꝛ agnē cōtra suas sentētias deffensaret:
vicariū ad seditionē ppli iudicē dereliqt. Ipse aūt tristis absces-
sit ꝙ eā nō potuit post resurrectionē filij sui liberare. Tūc vica-

rius aspasius nomine iussit ignē copiosum accendi: & in medio eam iactari precepit flammarum. Quod cum fisset impletum: statim in duas partes diuise sunt flamme: & hinc inde sediti-osos populos exurebant. Ipsam autem penitus in nullo con tingebat incendium. Et hoc magis non virtutibus diuinis: sꝫ magicis reputantes artibus: dabant fremitus inter se populi & infinitos clamores ad celos. Tunc beata agnes expandit ma-nus suas in medio ignis: & his verbis orationem fudit ad dn̄m Omnipotens adorande tremende colende: pater domini nostri iesu xpi benedico te quia per filium tuum euasi minas impiorū hoīum: & spurcitias diaboli impolluto calle trāsiui. Ecce & nunc p spiritum sanctum rore celesti perfusa ignis iuxta me moritur Flamma diuiditur & ardor incendij huius ad eos a quibus in me ministratur refunditur. Benedico te pater predicande q2 etiam inter flammas intrepidam me ad te venire permittis. Ec ce iam quod credidi video: quod concupiui complector. Te cō fiteor labijs. Te corde. Te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio summū & verum deum: qui cum domino iesu xpo fi lio tuo: & cum spiritu sancto viuis & regnas modo & semper & p cuncta secula seculorum amen. Cumqꝫ complesset orationē: ita omnis ignis extinct⁹ est: vt nec tepor quidem incendij remane-ret. Tunc aspasius vibis rome vicarius populi seditionem nō ferens: in gutture eius mergi precepit gladium. Atqꝫ hoc exitu roseo sanguinis sui rubore perfusam sibi xps & sponsam & mar tyrem consecrauit. Tu autem.

Eodem die natale sanctorū fru-ctuosi. Augurij. & Eulogij.

In temporibus illis fructuosus episcop⁹. Au-gurius. & Eulogius diacones die dn̄ica cōpre-hensi sunt. Reposito fructuoso in cubiculo: di xerunt se beneficiari in domū eiusdem. Id est aurelius. Festutius. Helius: & pollētius. Et cum sensisset pedū ingressum ipsorum: confe-stim surrexit & prodijt ad eos in solis. Cui milites dixerunt. veni: p̄ses te accersire iussit cū diaconib⁹ tuis. Quib⁹ fructuos⁹ eps dixit. Aut eam⁹. aut si vultis caltio me. Cui milites dixerūt Calciate ad animū tuū. Et mox vt venerūt recepti sūt i carcerē

fructuosus autem certus ⁊ gaudens de corona domini ad quā
vocatus erat: orabat sine cessatione. Erat autem ⁊ fraternitas
cum ipso ⁊ refrigerantes ⁊ orantes vt illos in mente haberet.
Alia autē die baptizauit in carcere: fratrez nostrum rogationū
fuerūt ⁊ ~~fecerūt~~ in carcere sex dies: ⁊ producti sunt duodecimo kalen-
das februarij feria sexta ⁊ auditi sunt eadē die. Emilianus pre
ses dixit. Fructuosuz. auguriū. ⁊ eulogiū ītroducite. Ex officio
dictum ē. Adstant. Emilianus preses fructuoso epō dixit. Au-
disti qd impatores preceperunt? Fructuos⁹ eps̄ dixit. Nescio
qd impatores vestri preceperint: ego ꝟo xp̄ianus sum. Emilia
nus dixit. Preceperunt deos coli. Fructuosus eps̄ dixit. Ego
vnū deū colo: q fecit celū ⁊ terrā: mare ⁊ oīa q̄ in eis sunt. Emili
an⁹ dixit. Scis eē deos? Fructuosus eps̄ dixit. Nescio. Emilia
nus dixit. colis? Eulogi⁹ diacon⁹ dixit. Ego fructuosuz. hi dij
audiūtur. hi timētur. hi colūtur. Si dij nō colūtur: nec impatoꝝ
vultus adorantur. Emilianus preses: augurio diacono dixit.
Noli verbis fructuosi auscultare. Augurius diacon⁹ dixit.
Ego deū omnipotētē colo. Emilianus preses ⁊ eulogio diacono
dixit. Nunqd ⁊ tu fructuosuz? Scies enī postea. Fructuos⁹ āt
eps̄ respexit ad dn̄m: ⁊ orare cepit ad dn̄m intra se ⁊ ait. Emilia-
nus dixit eulogio. Nunqd deos colis? Eulogi⁹ dixit. Nō co
lo. Sz ipsum colo: quem ⁊ fructuosus. Emilianus preses dixit
fructuoso epō. Eps̄ es? Fructuosus episcop⁹ dixit: sū. Emilia-
nus dixit fuisti. Et iussit eos sentencia sua viuos ardere. Et cū
duceretur fructuos⁹ eps̄ cū diaconib⁹ suis ad āphiteatrū. Po
pul⁹ fructuoso episcopo dolere cepit: Quia talē amorē hēbat
non tantum a fratribus: sed etiam ab ethnicis. Talis enī erat
qualem spiritus sanctus per beatum apostolum vas electiōis
doctorem gentium debere esse declarauit. Propter qd etiam
fratres qui sciebant illū: ad tantam gloriā pertigere: gaudebāt
poti⁹ quā dolebāt. Cūq3 multi ex fraterna charitate ei offerrēt
cōductū pmixtum poculū sumere nolēs ait. Non est hora sol-
uēdi statiōez. Agebat ei hora diei q̄rta. Siqdē ⁊ ī carcere q̄rta
feria statione solēnit celebrabat. Igit sexta feria: let⁹ atq3 secu
r⁹ festinabat: vt cū martyrib⁹ ⁊ pphetis ī padyso quē pauit dn̄s
diligētib⁹ eū solueret statione. Cumq3 ad āphiteatrū venisset:
stati ad eū accessit augustal noie lector eiusdē cū fletib⁹ deprcās

vt eū excalciaret. Cui beat⁹ martyr dixit. Dimitte me fili. Ego me discalcio. Qui cum se discalciaret: accessit ad eum cōmilito frater noster nomine felix. Apprehēditq3 dexteram ei⁹: rogās 7 deprecans: vt sui memor eēt. Cui scūs fructuosus martyr clara voce rñdit. In mēte habere me necesse ē ecclīaz catholicaz: ab oriente vsq3 in occidētē diffusam. Igit̄ in porta āphiteatri osti tutus: ppe iam vt īgrederet̄ ad coronam imarcessibilē: poti⁹ q3 ad penam obseruantib⁹ licet ex officio beneficiariis: quoz̄ noīa supra memorata sūt: ita vt ipi audirent: a frē nr̄o etiā marciale monente pariter 7 loqnte: eps sanctus ait. Iam nō deerit vobis pr̄: nec deficere vobis charitas poterit: 7 repromissio dn̄i: tam hic quam in futuro. Hoc eni qd̄ cernitis vni⁹ hore videt̄ ee in firmitas. Cōsolatus igit̄ frēs: ingressus est ad salutē: insignis 7 in ipo martyrio. Felicibus q sanctaz scripturarū facta repromissionis sentiunt similes ananie. azarie. 7 misaeli extiterūt: vt etiam in illis trinitas adipleret̄. Siqdem in igne seculi cōstitutis: 7 pater nō deesset: 7 fili⁹ subueniret: 7 sp̄us sctūs in medio ignis ambularet. Cumq3 exuste fuissent fasciole a q bus man⁹ eorum fuerāt colligate orationis diuine 7 solite cōsuetudinis memores positis genib⁹ de resurrectione securi: dn̄m deprecabantur. Tu autem.

In natale scti vicentij martyris.



Probabile satis est ad gl'iam vincentij martyris: q de scriptis passionis ipius titulis: inuidus extitit inimicus. Lec. i. Unde credim⁹ fide plena: relatu gestoz litterarūq3 apicib⁹ annotari: q victū se erubescebat audiri. Naturalis qppe prouidentia est: male errantiū3 auferre de medio testimonia prauitatis. Igitur cum apud cesar augustanam ciuitatem (vt multorum sinceritas: 7 signata veritatis verba testant̄) datiano cuidam p̄sidi gentili 7 sacrilego 7 dominis 7 principibus suis: seuiendi in christianos exoptata offula cecidisset: 7 oblatranti profane crudelitatis: famelico cani sua rabies aspirasset episcopos. clericos. 7 omnia sancta corpora tentamentis diaboli: magis deo probanda sp̄u nequicie sue rapidus precipitanter incubuit. Protinus prouolantes

episcopus gloriosissimus valerius ⁊ vincentius beatissimus
martyr perniciter in sue laudis titulo concurrerunt. Feliciores
se in ipsa futuros confessione credentes: si coronam statim pie
quoquam suis virtutibus ⁊ meritis ꝓ sua deuotione rapuissent
Sedens ille artifex scũ˟: vt vexatiõe itierĩs magis illos frãgeret
⁊ facili˟ afficeret iniuria: quos videret supari nõ posse ꝺ pẽa: ad
ciuitatẽ valẽtiã sãctos dei ꝑtrahi mox ꝑcepit. Cũ sũma pena
carceris: famis inopia: stridore cathenaꝝ vt mãib˟ ⁊ collo vix fer
ri põdera sustinerẽt: ⁊ ꝑ omnes art˟ iã tũc mortis supplicia pate
rẽt q̃ illi grauiora cumulati˟ ꝓ sua laude portarũt. Lu.a. E.iij.

SEd vbi iam defecisse eos crederet iugi iniuria fatigatos: ti
mẽs ne ipsoꝝ preuẽtus occasu seuicie sue damna pateretur
produci eos iussit e carcere. Cum putaret tã diu publice se clo
sos: nec corpore iam nec spiritu preualere. Mori tamẽ eos ante
tormẽta nolebat: q̃bus proponebat etiam nec mortuis tempera
re. Stupefact˟ datian˟ a cõspectu eoꝝ: q̃ integri corpore et viri
bus essent. Quid inq̃t istis indulgẽtiori pastu ⁊ potu largiori
propinastis? Et mirabat˟ furore cecus: robustiores eẽ quos de
us pauerat. Irascẽs igitur malignitati sue presagus spiritus:
q̃ . . . videbat inter sua supplicia fortiores: q eũ vĩcerent super
esse. Mox inflata vox serpentis: insibilat. Quid agis inquit
tu valeri: qui sub nomine cuiusdam religionis contra principes
facis? Extimans inimicus dei q̃ si ipsum cõturbare caput ⁊ ꝑ
cutere potuisset: idest episcopuꝫ reliqua quoqꝫ subiectiora faci
lius mẽbra cõfoderet. Sed dominus vnic˟ dei filius: voluit eti
am eũ ab inferioris ministerij nomine supari: vt auerteret quid
facturus aut acturus esset ille qui in capite sacerdotij erat: cuꝫ
posset eum etiam leuita eius qui habebat minora officiorum mi
nisteria vincere. Quid submurmurans inq̃t episcopo suo vin
centius sanctus: cuius iam erat spiritus in corona: ⁊ contra ca
nem leuiter musitas? Exclama inquit in magna voce christico
la: ⁊ contere rabiẽ q̃ contra sanctũ dei ministrũ latrat: diuie ꝓti
n˟ vocis auctoritate ꝑcussa frãgat˟. Iste enĩ ille ẽ venenatissim˟ s
pẽs q i ꝓthoplastis glĩaꝫ hominib˟ traditã: quã ipe ꝑdiderat:
inuidit. Stati isatiabilis homicida vt occideret quos de˟ imor
tales fecerat mori ⁊ ipe ꝯtẽpt˟ gustũ quẽ tradebat alijs prior ipe
propinatus est. Iste ille est quẽ exegim˟ e corporib˟ hũanis in

nocatione diuina: et xpi noie mecu decertet: pugnet si p̄ualet. Cō fidentia videbit me plus posse dū torqor: q̄ ille dū torqt. Qui dū punit grauꝰ ipe punief. Uñ iā singulariter gaudeo: q dum patior vindicabor. Exarsit diabolus aduersus xp̄ianā fidē. Et dū contemni se ac despici videt: ingemuit. Amouete inqt epm: istū vincentiū grauiorē rebellē: qui in publicā cōtumeliā venit: applicate tormētis. Animositati eius videbat maiora inferre supplicia: et quicquid illi accessuru erat pro gloria: vincere p̄sume

Sic potiꝰ i ferrēs diabo- (bat ex pena. Lu aut. Lec. iij. lus q̄ illi crudelitatis spū minabat: et supplicia q̄ inferebat ipse passurus. Applicate inqt ad eculeum: mēbris distendite: et toto corpe dissipate penā hāc ante ipa sui tormenta sustineat. Quid dicis inqt datianꝰ: vincēti? Ubi istud corpꝰ tnū misera bile conspicis? Et ille subridēs ait. Hoc est quod semp optaui. Nemo mihi amabilior: nec familiarior fuit. Lu solus maxime ad mea vota cōcordas. Ecce iā in sublimi agor: et te et ipos p̄nci pes tuos in seculo despicio. Ne cesses diabole crudelitate q̄ aspiras. Prestabis mihi gloriā: si inter ipa grauiora supplicioꝝ meoꝝ exicia vicaris. Nolo cesses. Insurge diabole: et toto malignitatis tue spū debacchare. Ne gl'iā meā minuas: ne dāna inferas laudi. Paratꝰ ē dei fuꝰ ad oia: p saluatoris noie sustinēda. Ut dū deuotionē meā punis: graui ipe puniaris. Clamare cepit dacianꝰ: et i tortores suos: et carnifices ipo suo illo furore bacchari. Uirgis et fustibꝰ milites cedere: et in suos āplius desevire. Dū fremit. Dū ad xpi fuū deuotissimū venit: pus ipe zabulꝰ suos occidebat: et de quos potestate habebat. Xp̄iano a pena tuto et de dei mia securo: illos magis q i illꝰ crātvexabat dtione. Quid dicis īqt vicētꝰ scūs: datiane? Ecce iā et de appito ribꝰ tuis vidicor: vltionē mihi penā ipe fecisti. Sūma voce fremere cepit: rabidioribꝰ itonare s monibꝰ. Stridore dētiū frēdere: et in suos āplꝰ desevire. Ut dū martyrē dei laccrat: se ipm potius laceraret. Fessi cessere carnifices: et defatigata sāguinolēta licet orum manus dum perlatera martyris pendet: victa defecit. Expallnit torqntiū vult: sudoris riuus liq̄scētia mēbra tabuerūt: āhelū pectus extabuit. Putasses potiꝰ ipos iter martyris scti tormēta torqueri. Et sanguis et ipsius datiani facies tremere cepit. Trepidū pectꝰ euanescētes ebetātes q̄ lumie ocli

quasi in sua morte cōfusi. Quid agitis suis militib⁹ exclamat. Nō agnosco man⁹ vestras. Obsistētes ꝑtinacit̃ homicidas se-pe vicistis. Parricidaꝝ magoꝝq silentia alta rupistis. Archana ipsa adulteroꝝ nobis incūbētib⁹ patefacta sūt. Et qsqs cōfitēdo mori timebat: i mortis cōfessionē ꝑduct⁹ ē. O milites ꝑncipū meoꝝ: quod in cōtumeliā impatorū nostroꝝ dicit̃: nō possum⁹ prohibere: vt vel ꝑ solo nostro pudore taceat̃. Alteros in cōfessione mortis sue loq cogim⁹: huic silētiū ꝑ cōtumelia nr̃a nō possumus iperare. Tu aūt. Lec. iiij.

Tunc sanct⁹ vincētius demū subrīdēs ait. Hoc est qđ in sancta lege ꝑscribit̃: vt vidētes nō videāt: ⁊ audientes nō audiāt. Dominū iesum xp̄m fateor filiū dei patris altissimi: ⁊ cum patre vnicū deū esse ꝓtestor. Et negare me asseris q̃ eā que vera sunt profiteor. Plane debes torq̃re si mētior: si principes tuos deos dicā. Sed torq̄ diutius cōfitētem. Nec a pena mea cesses vt vel si possis ꝓbatam sacrilego tuo spiritu cognosce veritatem. Jnsanior zabulus irritatus. Vox serpentis inflatior anhelum pect⁹ tumētioresq; ceruices ⁊ tota facies humanitatis vniuersa solā in corp⁹ beatissimi martyris fragrātē aciē luminū venenato pestifero sydere figebat oculoꝝ. Profluentez nō iā solis laterib⁹: sed toto corpore sanguinē cernēs viscerum interna patefacta: iuncturas ⁊ cōpages diuaricare diuortio tormētoruz Nihil erat qđ vl' suis iā posset irasci: ⁊ qđ diceba͂t iā ⁊ ipse mirabat̃. Miserere inqt vicētio datian⁹ tui: ne florē ꝑdas. Nūc primū vernātis etatis in ꝑmisannis posit⁹: ne vitā minuas lōgiorē. Parce iā supplicijs tuis: vt vl' sera q̄sunt tormēta lucreris. At ille ꝑsc⁹ sanctitate ait. O virosa diaboli lingua: qđ i me nō facies: q deū et dominū nostrū tentare voluisti: Nō timeo supplicia tua: q̄cūq; irat⁹ ꝓtegeris. Hoc magis mihi formidinis est: quod fingis te velle misereri. Percurrāt omnes pene: et si quid prestigijs: siqđ tua arte ꝑuersa: siqđ malignitatis viribus poteris experiri: exerce sub amarissimo veneno tuo fidē et fortitudinem: exanima xp̄iana. Nihil de supplicijs cesses: vt in omnib⁹ te victū esse fatearis. Datian⁹ dixit. Transferat̃ vicētius ad legitimā q̄stionē. Percurrant omniū latronū homicidaꝝq; ꝯuictoꝝ: etiā parricidaꝝ violētiora tormēta. Si tā diu inqt durare aīa potest: int̃ supplicia vl' mēbra deficiāt. Vicere me non

potest: iste dñ viuit. O felicē me inqt vincētius sanctus. Datia ne mine tue laus est mea: ꝫ terror asperior cumulatior gloria.

Quod irasci te grauius putas: mei modo (Lu ant. L.v. melius incipis misereri. Hinc ad patibulum raptus: immo ex ecnleo deposit⁹: tortores suos ipse pcurrens: moras carnifici cū arguendo in senicia sua: diabolū pudore tarditatis onerabat Torqtur̄ tuditur. flagellatur. exurit: ꝫ distētis mēbris crescebat corpus ad penaꝫ. Sed spiritus q xpm dominū fatebatur: in victoria perdurabat. Imponunt ardentes pectori lamine: ꝫ liquefactus inter ipsas cādētes ferri acies liquor guttis flamma stridente respergitur. Uulnera vulnerib⁹ imprimūtur: et super tormenta desenitt. Sales igniti adsperſi crepitantib⁹ minutim p membra dissiliunt: iam non ad artus tantū sed ad ipsa viscera suppliciorum tela iaciūtur. Et quia integri corporis pars nulla superesset q primū fuerat illata: iam et ipsa pena punitur. Attonitus datianus et a recurrentib⁹ suis militibus de vicentij beatissimi martyris victoria: vt putabat professiōe puersa aut certe iam de ipsa morte sollicitus quid ageret: vel quid diceret inquirebat. Renūciatur ipsi datiano a dilectis et merētib⁹ suis: p currisse vincētium vniuersa supplicia hylari vultu. spiritu fortiori. pertinaci magis professione quā ceperat dominū nostruꝫ iesum xpm fateri. Heu inqt datianus vincimur: sed adhuc habeo quod de supplicijs supsit. Et si flecti pertinacia nō potest: vel semper perduret in pena. Spiritus qui cohercerі non potest puniatur. Querite inquit locū tenebrosum oppressumqꝫ vrgēte tectura: ab omni publica luce sepositū: ꝫ perpetua nocte damnatum. Reatus huius peculiarem extra carceris carcerem patiatur. Ibi fragmētorum testule passim exasperatos congerite mucrones: vt ex omni parte male incisa fractura: elimatis eculeis iacētis corpus quidquid tetigerit insigat. Et ipsa conuersio laterum: iterum innouetur ad penam. Ut quū mutatis artubus membra euadere se credant: semper offendant. Diuaricate pterea distētū robore: quo ad vsqꝫ disscerpi pene artus possint: vt p singula mēbra rebellis nostrorum principum expiret. Inde clausū relinqte tenebris: ne vel oculis respiret ad lucē. Nullus ibi hominū relinqtur: ne vel cōsortio alicui⁹ smonis anime solatium. Clausa et obseruata sint omnia: Solliciti tantū estote: vt quan-

do dfecerit uiciet'. Nec mora cũ pma quies fessos custodũ ar
t' sõno vite lassabat: Ed datian' pene grauissime mortis intule
rat p ictius cõmutatur in gloriam. Tu autem. Lec. vj.

Carceris illi' nox eterna nouã accepit lucem. Flagrãt cerei
vltra' solitum fulgorẽ radiãtes. Ipse sanctus vicenti' stra-
mẽtis moll[illegible] iam refect': psalmũ dño canit ꝛ hymnũ: letus
et exultãs: vocis organa modulata suauitate cõtinẽs. Tota aũt
vicinia q̃ ad ei' supplicia mesta pẽdebat: p suauitate sonit' de
mulcet audit'. Trepidi subito expauere custodes: ꝛ euasisse per
fugã quẽ acceperãt putauerunt. Tũc beat' vincẽti' ait. Noli-
te timere. Pro vobis laudes meas ipe nõ fugio. Propere si po
testis irrũpite: ꝛ solatia martyris angelico obsequio ministrata
oculis haurite securi. Ubi relinq̃batis tenebras: gaudete lucẽ.
Quem ingemiscẽtẽ in suspirijs credebatis: in laude veri dei ꝛ
cũ patre vnici exultare gaudete. Laxata sunt vincula: creuere
vires. Corpus stramẽto molliori reficitur. Miramini potius:
et plenius pia voce asserite preconijs cõfessorẽ dei semper esse
victorẽ. Quin poti' ite renũciate datiano: qua pfruar luce. Cõ-
mẽtetur adhuc si potest diabolus et aliqd superaddat ad glori
am meam. Siquid potest de laudis titulo: nihil defraudet: sed
exerceat quidquid adhuc furor bacchãtis inuenerit. Solã ei'
misericordiam timeo: ne videatur ignoscere. Ad renũciationeꝫ
omnium: exanguis trepidus ꝛ pallid' datianus: etiã ipe sibi ma
le cõsci': et in se penam sensit: dũ in famulum dei seuit. Tandeꝫ
vox vera et si inuita simplicitate prorupit. Et quid inquit am
plius faciem'? Iã victi sum'. Deferat ad lectulũ corp' stramẽ
tis mollioribꝰ reponat. Nolo gl'iosiorẽ facere: si intormẽta dfe
cerit. Fert ad lectulũ gaudentiũ manibꝰ ꝛ letãtiũ humeris: q os
cularẽt vestigia ei': ꝛ omne corp' lacerũ lãberẽt: et ipsũ sãgui-
nẽ pfluẽtẽ in sue salutis remedia detigerẽt. Et q in ipsi' fuerãt
supplicia crassati: vtit eorũ obsequijs baiulatorum dei seruus
probatissimus: accipere inimicorum suorum meruit seruituteꝫ
Hic statim spiritus iam victo diabolo cruento: emicuit ex ecu-
leo. Et puto hoc maxime: ne datianus crederet per se esse serua-
tum. Renunciato igitur recessu eius. Jam victus atq; confusus
datianus ait. Si non potui inquit superare viuentem: puniã vl'
defunctum. Non est spiritus qui repugnat: nec etiam anima q̃

eius spina suo gutturi defigeretur. Cui cū null⁹ quisquam valuisset p̄bere solamē: mox mater eius ad beatissimū blasiū seminecem deferēs puerū: a foris carceris cū luctuosa voce deposcit. Confestim sanct⁹ blasius cōpatiens dolori ei⁹: hāc orationis p̄cē p ipso puero fudit ad dominū: dicēs. Domine iesu xp̄e fili dei eterni: qui pro salute humani generis in hūc mūdū p virginalē adueniēs vterū: formā nostre mortalitatis assumpsisti: vt nos a morte liberās: immortali indumēto indutos: in illā incorruptibilē patriā felicit̄ inferres: vnicāq; vidue sobolē q̄ ad sepulchrū exanimis vehebat̄ incolumē reddidisti: suplex tuā gratiā deposco: vt puer iste saluus sue genitrici reddat̄. ⁊ agnoscat quoniam tu es de⁹ solus in celo ⁊ in terra: faciens p̄digia. Expleta vero oratiōe: viuifice crucis p os fecit vexillū: statimq; spineum euomēs obstaculū: sospes atq; cōgaudēs ad p̄pria repedās tam affinib⁹ quā longinquis: regis eterni magnalia mirabili enucleauit affectu. In crastinū vero iudicij solitū p̄paratū est: i quo p̄ses considēs agricolaus: iussit beatū p̄sulē: suis assisti cōspectib⁹. Quē ita aggressus est affatibus. Gaude dignus amic⁹ meus: ⁊ dign⁹ amic⁹ deoꝝ. Cui sanctus. Omnipotēs dn̄s quo cōstat machina mūdi: ipse tibi eterne cōcedat gaudia vite. Cui p̄ses. Qua vteris religione: qua vł patria ortus diceris hospes? Et sanctus. Religione inquit xp̄icolaꝝ: patria vero hac quā possides vrbē sebastianēsis videlicet ciuis. Cōtra quē preses. Si deoꝝ nostroꝝ velis nūcupari amicus: xp̄s iste quē asseris: nullo modo tuo ore sonet. Beatissim⁹ aūt vir respōdens ait. Si meo inquit xp̄s nō venerat̄ ac p̄sonat̄ ore: cui⁹ ergo p̄sonari debeat innotesce. At preses dixit admiror obnixe tuā vecordiā: nō intelligis deū deorum esse iouē omnipotētem: quē diu nostri imperatores ⁊ vniuersus colit orbis? Sāctus vero blasi⁹ dixit. Dic oro preses cōcede fateri deum qui creator est an poti⁹ qui creatus est? Et iudex. Ille vtiq; adorari debet de⁹: qui celū terramq; creauit: ⁊ quo cōstat cūcta creatura. Hoc est iupit̄: omnium creator ⁊ dominator elemētorū. Cui sanctus. Erras o inuictissime iudex: nam quē tu deū asseris: nō solū ego: sed et littere vr̄e dum in hoc seculo vt corruptibilis ⁊ mortalis homo āmbularet: oē scelus eū p̄egisse: omneq; sordē exercuisse p̄spicue demōstrāt. Cū aūt prout omnib⁹ cōditio venit hūana: ip̄e vt nephari⁹ homo nece corrupt⁹ amara: a teterrimis spiritib⁹ stigialē ē vect⁹ ad ignē: vbi teterrimis flāmis

tartareisqȝ vermibus cruciatur in euũ: hunc tu deũ dicis. Porro si iste dicit᷑ de⁹ similes illi fiãt q venerant᷑ ⁊ q collũt eũ. Mox agricolaus his auditis: seuus ⁊ indignans: ꝑcepit eũ fustibus cedi: dicens. Jouẽ omnipotẽtem blasphemare nolite. Qui cuȝ diu cederetur: alacri vultu dicebat. Gloria sit tibi xp̃e deus per secula semper. Qui me conseruans: permittis vincere pugnaȝ Antiqui hostis: illatam fraude maligna. Te idcirco laudans: benedico corpore ⁊ corde. Quo dicto cernens in eo iudex tantã cõstantiam: iussit eum denuo carcere trudi Tu autẽ. Lectio. vi.

His igit᷑ tali ordine ꝓsecutis: contigit vt quedã mulier inops paruo su⁹ aleret: ⁊ ex quo pascere deberet. Ecce rapax ꝓperãs apprehẽdit obesum eiusdẽ Vidue porcũ: quem vexit edẽduȝ ad saltũ. Secutus post quẽ abijt vt manderet illũ. At vbi fortunam mulier mox comperit acta Crinibus euulsis: ꝓprios se cidit amictus. Ad xp̃i hominẽ lachrymans quo carcere trusus Cõcita deuenit: lugubres defertqȝ q̃relas. Sũme sacer miserorũ cõsolatio magna Redde meũ te posco suẽ sanctissime blasi. Respondit sanctus vidue ⁊ talia reddit. Nũquid ego arripui: quẽ queris femina porcũ? Mox inquit mulier: nõ tu sȝ bestia seua. Sed q: te credo dei esse ꝑ omnia seruũ: Qui celum pontũ terramqȝ creauit ⁊ astra. Que vult ipse facit: celo terraqȝ marisqȝ. Jdcirco te valde peto: vt mihi reddas amissum Bestia quẽ captans: secuȝ portabat amara. Quippe quia q̃cumqȝ petis largit᷑ ab ipso. Hec vbi dicta dei famulus audiuit admirans. Hanc orationẽ promere decreuit eius fides simul ⁊ probitas. Cõpatiensqȝ dolori eius: orauit ⁊ inquit. Cunctipotens eterne de⁹: rex magne poloꝝ Qui celi fabricator ades: qui cõditor orbis: Qui nõ ⁊ magnis solũ: se vilib⁹ inquã Disponis rebus: tua est substantia cuncta. Omnia q̃cũqȝ velis facis ordine sũmo. Cuiqȝ subest posse fuerit cũ ꝓpria volũtas. Ast vbi deest velle: fugiet pari vtiqȝ posse. Exaudi me queso: de⁹ saluator iesu. Et hui⁹ vidue quẽ bestia cepit iniq̃ Restituat: ducatqȝ suẽ: reddatqȝ miselle. Qui cũ patre de⁹ regnas: ꝑ scl'a semꝑ. Quo dicto: agnouit diuino flamine pulsus Sanct⁹ adesse lupũ: porcũqȝ reddere saluũ. Tunc propriã dixit mulier reuertere ad edẽ: ꝯfidẽtia tua solatã te fecit abire. Nãqȝ deo dãte: suẽ tibi bestia reddit. Quo audito: repedauit ouãs mox femĩa pauper. Jn propriam edẽ: suẽqȝ per omnia nacta est. Et grates dño pro tali munere reddit. Post hec igit᷑ pauẽs mulier ne itẽ

talis ei pueniret euētus: illico sūe illū interimere fecit: et dei famulo q custodia tenebatur afflictus: meruit ex eo quandam particulam ferre: videlicet coctum sinciput: panesq3 vinūq3: cū hortiferis sumens oleribus ac vino incalato positis: sic ad eū reuerēdissimo duxit affectu. Quā vir dn̄i nō spernēs: allata nō repudiauit nā ex eo sūmens edit: et gratias agēs benedixit: et sic inops mulier ad ppria remeauit. Post aliquot interea dies agricolans p̄ses: toto circūstāte conuētu: xp̄i antistitē suo iussit p̄sentari obtutui. Cui et dixit. Blasi relatum est ante n̄re glorie consistoriū: te solū esse q xp̄ianā (nescio quā) fidem predicas: plurimos ab itinerata religionis nostre cultura retorq̄ns: ad nephādissimi tramitis pduxisti euidēter errorē. Unde fas fuerat te nullo modo sciscitatū funereā d̄ tractare sentētiam. Sed qm̄ clemētia deorū solito more humane passioni compatit: et omnē ordinē vult ad agnitionē verissime venire religiōis: que ad modū iā plurimis: ita et tibi parcere malum⁹: si n̄ris preceptis obtēperans sacratissimis diis n̄ris debitā honorificētiam exhibere venerabiliter agas. Cōstantissim⁹ enī martyr xp̄i hec audiens respondit. Tunc vtiq3 nephandā fateor cōsecutus sum fidē quādo meā heu pnephas ignarus nephandorū idolorū mōstris inclinaui ceruicē. Cū vero ipo sufragante xp̄m dei filiū cognoui: nō nephādā vt miser asseris fidem sed benignam sanctāq3 religionē vitāq3 pcepi eternā. Un̄ pculdubio tue examinationi compertū sit qm̄qdem nullo pacto nullaq3 ratione diis v̄ris sacrificiū exhibebo. Mox truculētissimus p̄ses immanissimo instigat⁹ furore: iussit eū eculeo suspendi dicēs. Nūc cōperiem⁹ si deus tu⁹ te ex hoc valet eruere: et allatis vnguibus corpus eius effodere iussit: et vngues discerpētes sanguinea vnda psequitur. Ille autem roboratus in xp̄o omnia tormenta pro nihilo ducebat eorum. Cernens autem iudex in eo tantam esse constantiam eum retrudi mandauit. Nā cum duceretur ad retrudendū: quedam septem mulieres benigne et timentes deū: post ergū eū lachrymabiliter assequentes sanguinem qui de eius corpore defluebat bibulis colligebant linteaminibus: et ex eo se proprijs manibus perungebāt. Quas cum ministri eas talia peragere cernerent: ad agricolaum apprehensas duxere dicentes. Ecce et iste xp̄o fauent. Nam cum sacrilegum illum duceremus vt arceretur custodia: iste de eius corpe labentem carpebant sanguinem et se miserrime liniebant. Confe

stim agicolaus ingenti indignatione succensus dixit ad eos. Tollite vobiscum statuam dei nostri ⁊ deferte eas ad locum altitudinis immense. Si voluerint adorare ⁊ sacrificare: sinite has habire; alioquim ligato ad colla earum pondere vasto: in profundum eas demergite laci. Tunc ministri talia iussa percipientes sumentes statuam dei sui cum illis prefatis septem mulieribus: lacum adierunt: ⁊ ostenso idolo dixerunt illis. Adorate deum hunc: ⁊ abite secure si quo minus ad profunda demergemini laci. Mulieres autem dixerunt. Conferte nobis deum istum quem asseritis vt certe discam⁹ si deus est. Et apprehendentes statuam subito demerserunt eam in lacu dicentes. Si deus enim es auxiliare tui. Mox illa statua petiuit abissum. Quo viso: apparitores turbati de dei sui incomodo: eas apprehendētes: ad presidem duxerūt ⁊ quidquid gestum actum ve fuerat seriatim exponere curauerunt. Quo audito preses miratione nimia percussus obstupuit: ⁊ paulo post in semetipsum reuersus: precepit eas ligatis manib⁹ in ligno a terra substollere videlicet exutis vestibus ⁊ sic eas vnguibus lacerari. Quo facto iterū iussit septem afferri subsellia enea: ⁊ ita eas per singula supersedere precepit. Que vero subsellia adeo erant ignita vt scintille ille ex eis velut ex valde succensa fornace micarent. Sed dn̄s omnipotens qui protector est omnibus in se sperantibus; ⁊ qui est gloria ⁊ virtus omnibus sctis eius: misit angelū suum qui ita eas salubri punxit antidoto: vt nulla in earū corporibus nasceretur offuscatio. Quibus omnino curatis dixit. Bonum qd̄ cepistis explere curate vsq₃ in finem. Quoniā qdem iā a dn̄o iesu xp̄o: p̄ēnis est vobis preparata corona. Hec vbi dicta dedit teneras se misit in auras. Tu autem.

Secundum Joannem.

IN illo tempe: dixit iesus discipulis suis. Nisi granū frumēti cadēs in trrā mortuū fuerit: ip̄₃ solū manet. Et re. Le. vij.

VNa q̄pe earū duos filios habēs: q venientes ac talia paruti pendentes dixerunt ei. Mater benigna rogam⁹: ⁊ obsecram⁹ p̄ illū p̄ q̄ talia pateris vt quēadmodū nos d̄ tue mā mille aluisti liquore ⁊ ita nob xp̄ianā hāc quā asseris fidē p̄dicare satagas vt nō i hoc sclo nos orphanos dimittas: ⁊ illi⁹ patrie quo ire festinas ad gaudia et̄na tecū siml' p̄ducas. Quos itaq₃ app̄hēdētes ministri: p̄sidi attulerīt. A quo accepto mādato siml' cū btō blasio carcere mācipaīt. Qui ⁊ i ip̄o carcere ab eodē baptisma p̄cipiētes

sancte et religionis institutionibus perdocti sunt. Postera igitur die agricolaus sedens pro tribunali: prefatas mulieres iussit suo examini adesse. Quibus quassans caput dixit. Quousque insanissime ars in vobis principatur venefica? Fortassis ille seductor vos docuit: quem tenebrosa mandaui obligari custodia. Cui simul vna voce dixerunt. Utique ille nos docuit idola contemnere: et christum dei filium adorare. Tunc preses hoc audito iussit caminum fortiter accendi: et eas intromitti precepit. Que dum in medio ignis constitute fuissent: celitus igne submoto ac si ventorum violentia aliorsum inclinato: sancte mulieres prece omnipotentem dominum collaudabant dicentes. Depromat celum tellus tibi pontus et eter. Omnigenum genitor laudum preconia semper. Arbiter immensus qui sydera cuncta gubernas. Sit tibi summa salus: et sit tibi gloria perpes. Qui nobis flamen de celis dirigis almum. Qui hanc flammam expellens a nostro corpore cessat. Tres quondam vt pueros saluasti flamine sancto. Propterea laudem soluat tibi terra polusque. Ministri que pre foribus aderant audientes eas igne dominum collaudare cursu rapidissimo presidi nunciauere dicentes. Obsecramus te domine preses: ne nobis tua irascatur indignatio: quia tam stupendam ac formidabilem visionem cernentes coram tua venimus narrare presentia. Ecce etenim septem ille prestigiose in medio circumposite ignis: vt in frigidissimo persistentes loco viuant et spirant. Audiuimus enim eas deo suo dissoluere laudes ac eum magnificis laudare preconijs. Cumque hec preses audisset ingenti stupescens miraculo: ad caminum quantocius propera uit: maxima quem caterua stipat. Et excussis eis de camino dixit. Eligite vobis vnum e duobus: aut adorate specietenus deos: et abite secure: sin autem certe gladio puniemini. Tunc sancte septem mulieres dixerunt: vno dogmate persistentes. Quodcunque vis age re studeto perficere: quoniam nos nullo modo deos vestros: aut specialiter: aut quolibet modo adorare debemus sed firmum scias quia religionem quam percepimus: hoc est christianam culturam nullatenus abnegamus. Tunc preses cernens tantam earum constantiam tantamque in domino iesu christo fixam habentes fidem vix tandem diffiniuit dicens. Has septem mulieres que post multorum genera tormentorum nequaquam ad nostram religionem conuertere valuimus: mucrone iugulare precipimus. Mox eas accipientes apparitores: extra vrbem eduxere sebastiam. Que dum venisset ad locum destinatum quo iugulande erant orandi licentiam postulauerunt a mi

litibus et eam impetrauerūt. Que statim humi se prosternētes ꝓ
patris precibus dn̄o suo cōmendauerūt. Et surgentes ab oratione:
omnes adinuicē osculate sunt: et curuatis humotenus genibus spi-
culatores vt sūmo ictu ferirēt āmonuerūt. Ministri vero eas de
collantes prodientes animas de corporibus tāq̄ retinientes au
ratis monilibus: virgines de talamo ꝓspexerunt: et ad celi beati
tudinē remigio alarū aduectari laudibus magnificis. Et valde
admirantes: ad propria reuersi sunt. Corpora vero earū xp̄iani ꝑ
noctē clanculo rapiētes: eas sepelire venerando studuerūt. Lu a.

His igitur tali ordine ꝓsecutis: agricolaus p̄ses Lec. viij.
beatissimum blasiū nocte clanculo rapi precepit. Quē tumē
ti pectore facieq̄ permota: nutāti capite est allocutus. Quousq̄
imprudens tue scientie peragis callē: Uel quādiu te nr̄a tolerat
clementia? Ecce enim hortor et āmoneo te sacrificare diis quos
totus excolit orbis: et diuorum imperatorū obedire preceptis: alioqui
deterior erit (testor deos deasq̄) cōsūptio corporis tui: q̄ nephā
darum illarum quas tuis illusisti prestigiis feminarum. Sanctissimus au-
tem martyr xp̄i blasius respōdit. Utinā talis sit mei corporis et
anime interēptio: qualis illarū quas tu miser ore polluto memo
ras fuit sanctarū. Jam ille quod quesierūt adepte sunt: iam ille
pro quo passe sunt: coronas immortalitatis auri et preciosissimas
margaritas acceperūt dicentes. Et quoniam illū dilexerūt qui
iuxta prophetam isayā septiformi gr̄a plenus est: videlicet sapiē
tie et intellectus: consilii et fortitudinis: sciētie et pietatis: ac timo-
ris dn̄i. Propterea ille septem et septenario eterne felicitatis pre-
mio: hoc est vniuersali gaudio sine fine ꝑfruentur in eum. Tunc
iniquitatis cēsor agricolaus p̄ses hoc audito inennarrabili exar
dens furia suis p̄cepit cōplicibus: deferte inquiens eū ad lacum
et in eum marmoreo pondere ad collū eius ligato demergite. Mi
lites vero iussa iniquissimi presidis ꝑficiētes detulerunt eū ad la
cum educto ad collū eius pondere vasto et ita eum in lacum proiece
runt. Mox diuinitus laci limpha: glaciali soliditate est concreta
ita vt vir dn̄i sup eā velut sup aridā ambularet. Qui gaudio exul
tans maximo: hāc laudē dn̄o gratulabūdus cecinit dicēs Omnipo
tens dn̄e quo constat machina mūdi. Qui celum terramq̄ regis
qui fulmina mittis. Quo sine nulla vigent celo terraq̄ creata.
Te celū tellus laudet te pontus inemum. Omnis te benedicat ho
mo laudet veneretur. Namq̄ tuis pedibus lapis lacus est iste

probatus. Atq; petrā tua dextra aleuās statuit sup vndas. Et israelite quondā te duce supno vestigio sicco pagrarūt mare rubrū. Sit tibi cū patre simul ꝛ cū flamine scto. Gloria maiestas virtus p secula cūcta. Qua igit laude finita alloquēs ad laci ripā q astabāt ministros dixit. O infelices ꝛ accerrimi quare mētis vrē oculos obcecatos caligine nō exuitis: ꝛ itelligitis q̄nta e do mini nostri potētia: cuius īmpio nō solū ratiōabilia animalia: verū etiā cūcta obtēperāt elemēta? Ecce etiā vos ipi cernitis q̄m quidē huius lympha laci velut durissimis scropulis xpo operante perduratur. Quo dicto: mox q̄dam eoꝝ diabolico istigāte spiramine: vt sanctū virū in ꝓfūdum submergerēt laci: temerarie abire conati sunt. Qui stati vt latices pedib⁹ tetigerūt: subito aquarū alluuie obtecti: nusquā cōparuere. At dñi antistes vltro de lacu egrediens a militib⁹ detētus est: ꝛ ꝓsidi delat⁹. Ministri vero agricola do dixerūt. Tolle venefició: tolle prestigiosū. Accipe penes te sacrilegū: ꝛ extingue ꝓtin⁹ maledictū. Nā ingressu eius lacus ille velut durissime nat⁹ est glebe campoꝝ: ꝛ multos nostroꝝ q ad spectādū cōcurrerāt miraculū: suis ꝓstigijs ipsos ī lacu expetiuit ī morte. Nos vero vix euasim⁹. Ipm aūt ex aqua spōte ꝓpria prodiētem: tue ꝓsentie detulim⁹. Iā qd tibi videtur exerce. Hoc aūt firmū sit vestre gl'ie: quoniā q̄dē ni iste cito nō fuerit extinct⁹: eius fantasmatib⁹ ac ludificationibus nefandis: tota hec patria nosq; simul cū ea ad inter̄ptionē vsq; fūditus desolamur. His auditis agricola⁹ ꝓses nimijs furijs stomachat⁹: ac ingenti contra eum exardescens aio: iussit duos pueros q artissima erant mācipati custodia: ante se offerri: qui dū allati fuissent: statuerūt eos vna cū sancto blasio ante preside. Quos torno alloquēs vultu dixit. Testor viuificā ꝛ intemeratam deoꝝ culturam: q si nō illico dijs nr̄is sacrificatis sancta orgia (vt mos est) illis libatis ꝯ fessi gladio feriemini. Et si preualet vester vt asseritis (nescio qs) xp̄s: eruat vos de manib⁹ meis. Quod si vsq; nūc p artē magicā tormenta illusistis: iam hic nulla prodest delusio: nullaq; larualis presidij viget spiratio. Cumq; ad ista sanctus blasius ꝛ duo pueri: Grison ꝛ geraphiō nullū dedisset responsum: dixit. Si deos nō modo adoratis ꝓculdubio gladio feriemini. Tunc beatissim⁹ martyr ꝛ pōtifex blasius simulq; duo pueri sanctissimi: Grison ꝛ geraphiō dixerūt. Iā sepius tibi dixim⁹: quia nullo pacto nullaq; ratione deos vr̄os q sunt idola surda ꝛ muta

adorare debem⁹. Et nõ alijs nisi dño nr̃o iesu xp̃o sacrificiũ pie de
uotionis offerimus. Jam quodcũqȝ vis agere age: qꝛ nullis vi
delicet minis terremur: nullis aduersitatib⁹ fatigamur: nullis p̱
turbationibus emolimur: nullis machinationib⁹ (quã predica
mus) religione abducimur: sed roborati ꝛ intrepidi: xp̃m dei fili
um voce clara sonamus. Et oẽs quos tu miserrime demones co
lis: penitus respuimus ꝛ abnegamus. Iniquissim⁹ tñ preses sen
tentiam tãdem diffiniens inqt. Blasiũ sacrilegũ et cõuiciosum:
ꝛ dijs nostris vituperationes inferẽtem: ꝛ diuoꝶ impatorũ p̃cep
ta spernẽtem: ꝛ quẽ nullaten⁹ ad nostrã culturã emolire valuim⁹
vna cũ duobus pueris ipsa religione vtentibus capite cedi iube
mus. Confestim apparitores eos apprehendẽtes extra vrbem se
bastiam deduxerunt. Et cum ad locum decollandi aduenissent
deducti sancti pueri Grison. ꝛ geraphion multum lachrymãtes
beatissimo blasio dixerunt. Beate pater ora pro nobis quia tur
batur sensus noster: ꝛ animus noster vacillans diuiditur ad mul
ta. Quibus dixit beatissim⁹ presul Nolite o filij charissimi: noli
te diuini plij certatores robustissimi milites expauescere: nolite
terreri: quia passio ista tantum habet timoris quantum terroris
incutit metus. Nam pro illo pro quo vos terrena respuistis: ab
eo celestia cõsequemini. State viriliter iduti lorica fidei: ꝛ galea
perennis salutis: quia iam candidatus ꝛ splendidus vos presto
latur exercitus. Hec vbi dicta dedit tendens ad sydera palmas
dominum saluatorem deprecans: dixit. Domine iesu christe fili
dei viui: propiciare queso nobis famulis tuis vt nõ antiquus ho
stis aliquid obstaculũ nostris anteferat oculis: nec ipsum tetrũ
principem: neqȝ deterrimos eius cõplices lumina nostra intuean
tur: sed lucidissimi ac serenissimi animas nostras angeli tui sus
cipiant. Qm̃ tu es deus benedictus in secula. Tu. Lec. ix.

Cumqȝ sanctissimi pueri respõdissẽt amẽ. Dixit ad eos sãct⁹
p̱sul. Flectem⁹ genua charissimi filij flectem⁹: qꝛ pr̃ nr̃ q nos
nasci ꝛ renasci fecit pr̃ est. Positis itaqȝ genib⁹ videlicet sãct⁹
blasius ꝛ duo pueri grison ꝛ gerafion orauit sic. De⁹ q sedes sup
cherubim exaudi me seruũ tuũ: ꝛ siquis p̱cidẽs adorauerit hoc
sacrificium: liberet a quacũqȝ spina aut osse qd̓ in gutture eius
ĩpe gerit. Et qui in diuersis infirmitatibus inciderint siue in tri
bulatione aut in aliquo periculo: aut si persecutionem passi fue
rint suscipe petitionem eorum fideliter petentium te domine ie

Docāt eo orante: descēdit nubes de celo ⁊ infulsit in eū. Dixitqȝ eiḋns. Omnem petitionem tuaȝ adimplebo athleta dilectissime non tantum hec: sed sicut vidue illi orāti faciā: ⁊ benedicā omnē domū perficientium memoriam tuam. Horrea vero eoꝝ replebo omnibus bonis propter tuam bonam ꝯfessionē quā in me habuisti. Et dixit magnanimus pontifex feriamur gladio. Et iterū intentis in celū oculis dixit. In manus tuas dñe cōmēdo spiritum meum: horūqȝ duorū infantiū. Cumqȝ sancti pueri respondissent amē: iugulati sunt. Quorū veneranda passio solennisqȝ dies natalis eorū celebrat᷑ tertio nonas februarias. Post hoc xp̄ianissima helisea nomine nota quo sanctorū martyrū venerabilia corpora iacebāt: occulte facto inibi sepulchro sepeliuit eos simul. In quo qppe loco nō lōgo post tēpore: ad honorem eoꝝ cōstructa ē basilica. In qua tp̄is sanctis opitulantibus multis miraculoruȝ prodigijs dño cooperāte: eoꝝ corpora perlucescūt. Qui nullus hec fidelis negat: vsqȝ in hodiernū diem. Et non solū in sebastia metropoli: verū etiam alijs ꝓcul positis ciuitatibus: scilicet ad quascūqȝ fama peruenit multa mirabilia eorū intercessioni bus sepissime operantur. Ipso nimirū hoc prestante ob cuius amorē illi martyriū susceperūt. Et ob cuius dilectionē: nos illos deuotissime veneramur. Cui est cū patre ac cū flamine sancto par gloria eadē maiestas vna deitas: vna omnipotētia: vna potestas: eq̄ virtus nūc ⁊ semp: ⁊ p inmortalia secl'a sclo꞉ꝝ amē. Tu autem.

In natale sancte agathe virginis.



In diebus illis: sub decio imperatore: Lec.i. sub quintiani cōsulatu die nonarū februarij in vrbe cathanensiū: agatha virgo venerabilis p xp̄i cōfessione gloriosa ⁊ vere imitanda pertulit passionē. Hec eni nobilissimis orta pentib᷒ erat mēte ⁊ specie valde pulcherrima. Nam cū in eadem cathanensiū ciuitate virtutibus plenā gereret vitā: ac deo dicatā virginitatē ab ineūte etate sancte ⁊ pudice viuens i omnibus peroraret. Quintian᷒ qdam sceleratissimus cōsularis sicilie audiens sancte virginis opinioneȝ multipharie intentione satagebat: ad eam quomodo pertingere posset. Per singula enim certamina sordidissime mētis sue: eo ꝙ turpissime viueret singulorū vicioꝝ in se excitabat affectus. Tu autē. Lectio.ij.

QUi cū esset de genere ignotus volēs apud aures vulgi: q̄si
per hec suam opinionem extendere si personas sibi specta
biliū subiugaret. Memoratam sanctam xp̄i virginē agatham
suis precepit aspectibꝰ exhiberi: quam cū sibi oblatam in secre-
tario conspexisset: cepit vtpote libidinosus in affectū pulchritu
dinis eiꝰ oculorum suorum concupiscentiā cōmouere. Et auarꝰ
aut rapax: etiā ad facultates eius sue cupiditatis frena laxabat
Et vero idolorum cultor ⁊ demonū seruus: offerre eam idolis sa
tagebat. qui ꝓcella impietatis sue possessus: nomē xp̄i exhorrēs
audire omnino non poterat. Tu autem. Lectio. iij.

HIs itaqꝫ ⁊ huiuscemodi cōprehēsus furijs: beatam agathā
iubet a suis apparitoribus coartari: atqꝫ eam cuidaꝫ matro
ne afrodisie noīe tradi. Que afrodisia habebat filias nouē tur-
pissimas: sicut erat ⁊ mater earum. Hoc aūt ideo fecit vt ꝑ dies
triginta quotidie blandirētur ei: vt si possent aliqua ratione ani
mū commutarent. Afrodisia aūt accipiens eam adiunctis secuꝫ
filiabus suis: modo leta promittendo: mō ꝑ aspera deterrēdo spe
rabat se mentem a bono ꝓposito reuocare. Quibꝰ sancta agatha
libera voce dicebat. Mens mea super petrā solidata est: ⁊ a xp̄o
fundata. Verba vestra venti sunt. Promissiones vestre pluuie
sunt. Terrores flumina sunt. Que quantūuis impugnant in fun
damentū domus mee nō poterit cadere: fundata ē enim super pe
(tram. Tu autē. Lectio. iiij.

HOc autē dicens: flebat
quotidie ⁊ orabat: ⁊ sicut sitiens in ardore solis: nō nisi fluen
ta fontium concupiscit: ita nihil aliud desiderabat nisi ad mar-
tyrij coronam peruenire. Videns igitur afrodisia nihil aliud pe-
nitus valere: ac beate virginis mentem inconcussam atqꝫ immo
bilem ꝑmanere. Abijt ad quincianū ⁊ dixit ei. Facilius posse sa
xa moueri ⁊ ferrū in plumbum conuerti: q̄ꝫ ab intentione xp̄iano
rum mentem puelle illiꝰ reuocari. Ego aūt ⁊ filie mee: nouē vicibꝰ
succedebamꝰ ⁊ die ac nocte nihil aliud egimꝰ: nisi vt eius animū
ad consensum nostri cōsilij inclinaremus. Ego gēmas ⁊ ornamē-
ta insignia: vestimēta auro texta obtuli: ego domus ⁊ predia sub
urbana repromisi. Ego variū ornamentum domus Ego famili-
as diuersi sexus ⁊ etatis exhibui. Sed illa quasi terrā quam suis
pedibꝰ cōculcat ita oīa ꝓ nihilo habuit: ⁊ despexit. Lectio. v.

HEc audiens qntianꝰ ira cōmotꝰ iussit eam confestī ad suum
secretoriū duci. Que cum duceretur quitianus sedēs pro tri

bunali: hoc sctē puelle initio ꝓmonis irrupit. Cuius cōditionis es? Agatha sancta dixit. Nō solū ingenua sed ⁊ spectabilis generis: sicut omnis mea parētela testat. Quintianus dixit. Si ingenua ꝓbaris ⁊ nobilis: cur moribꝰ seruilē te ꝑsonam ostēdis? Agatha sancta dixit. Quia ācilla xp̄i sum: ideo seruilē me ostēdo personā. Quintianꝰ dixit. Si certe īgenua ⁊ nobilis eras quomodo ancillā te esse cōmemoras. Agatha sancta dixit. Sūma enim ingenuitas ista est in q̄ xp̄i seruitus comprobatur. Quintianus dixit. Quid ergo nos ingenuitatē nō habemus: q̄ seruitiū xp̄i cōtemnimus: ⁊ deorum culturas adoramus? Agatha sancta dixit. Ingenuitas vestra ad tantam captiuitatē peruenit: vt nō solum vos peccato fecerit seruos: verū etiam lignis ⁊ lapidibus obliga(ret obnoxios. Lu aūt. Lecti. vj.

Quintianus dixit. Quid quid furioso ore blasphemaueris tormēta ⁊ penā poterunt vindicare. Dictū anteq̄ȝ ad eas peruenias cur deorū sctā cōtemnis? Agatha sancta dixit. Noli dicere deorum: sed dic demoniorū. Demones enī sunt isti quoꝝ effigies in examēto cōuertitis. et quorum marmoreas ⁊ gipseas facies inauratis. Quicianꝰ dixit. Elige tibi vnū ex duobus consilium: aut diuersas penas iter damnaticos q̄si stulta incurrere: aut q̄si sapiens ⁊ nobilis absq̄ȝ dubitatione dijs imolare. Unde nūc accede ⁊ sacrifica dijs omnipotētibus quos veros deos esse diuinitas demōstrauit. Agatha sancta dixit. Sit talis vxor tua: qualis dea tua venus extitit. Hec audiens stultissimus quintianus: iussit eā alapis in faciem cedi dicens. Iniuriam iudici noli temerario ore garrire. Agatha sancta dixit. Dixisti deos tuos eē quos veros deos diuinitas demō(strauit. Lec vij.

Sit vxor tua vt venus: ⁊ tu vt iupiter vt ⁊ vos in deorū vr̄orū numero cōputari possitis. Quītianꝰ dixit Oportet te ex hoc eligere: aut diuersa tormenta sustineas q̄ꝛ cepisti me iniurijs verborū tuorū exagitare. Agatha scā dixit Miror te virū prudētē ad tātā stultitiā deuolutū: vt illos deos tuos dicas quoꝝ vitā nō cupis te ⁊ tuam vxorē imitari: ⁊ dicas tibi iniuriā flecti si eorū viuas exēplo. Si enī vere dij tui sūt: bonū tibi optaui vt talis tua vita sit q̄lis ⁊ eoꝝ fuisse ꝓhibet. Si aūt execraberis eorū consortia: mecū sentis. Dic ḡ eos tā pessimos esse ⁊ tam sordidissimos vt quicūq̄ȝ alicui male dicere voluerit: talē illū optet esse q̄lis ⁊ illorū execrabilis vita fuit. Quītianꝰ dixit. Quid mihi ꝯ boꝝ sup̄fluus curſꝰ? Aut sacrifica dijs: aut faciā

te varijs iterire supplicijs. Agatha dixit. Quibꝰ me supplicijs
terres? Si feras mihi imittas audito xp̄i noīe māsuescūt. Si ig
nē adhibeas: d̄ celo mihi salutificū roꝛ āgeli ministrabūt. Si pla
gas ⁊ vbera īgeras: habeo itra me spm̄ sanctū p̄ quē vniuersa
tormēta tua despiciā. Tūc nefariꝰ quītianꝰ agitās caput: iussit eā
in carcerē tenebrosū recipi dicēs. Cogita tecū agatha ⁊ penitere
vt possis euadere tormēta horrifica: q̄ te fortit̄ laniabūt. Agatha
dixit. Tu minister sathane tu penitere: vt possis euadere eternā
dānationē. Tūc iratꝰ quītianꝰ iussit eā celeriꝰ trahi ad carcerē q̄
eū voce publica cōfūdebat. Agatha aūt sctissima carcerē gratu
lāter itrauit: ⁊ q̄si ad cpulas iuitata ita gaudēs agonē suū deo p̄
Sequēti igit̄ die ipsissimꝰ quītianꝰ (cibꝰ cōmēdabat. Le. viij.
eā suis aspectibꝰ iussit aptari. Cui dixit. Quid tractasti cir
ca salutē tuā? Agatha venerāda rn̄dit. Salꝰ mea xp̄s ē. Quītia
nꝰ dixit. Quousq̄ ifelix ptrahis itētionē vanā? Denega xp̄m ⁊
incipe colere deos: ne vitā tue iuuētutꝭ acerba morte cōsumas.
Agatha dixit. Tu ifelix tu nega deos tuos q̄ sūt lapides ⁊ ligna:
⁊ creatorē tuū q̄ te fecit deū verū adora. Qd̄ si cōtēpseris eternis
penis ⁊ ppetuis icēdijs subiacebis. Tūc cōmotꝰ vehemētissime
quītianꝰ: iussit eā i eculeo suspēdi ⁊ torq̄ri. Cūq̄ torq̄ret̄ dicit ei
quītianꝰ. Relique intētionē animi tui: vt vite tue possis cōsulere.
Agatha rn̄dit. Ego in his penis ita delector vt q̄ bonū nunciū
audit: ⁊ sicut q̄ videt quē diu desiderauit: aut q̄ īuenit thesauros
multos: ita ego delector in his penis corpalibus posita. Neq̄
eī poterit triticū in horreū reponi nisi teca eius fuerit fortiter cō
culcata: ⁊ redacta in palleas. Ita ⁊ aīa mea non potest in padysū
dn̄i cū palma introire martyrij nisi diligēter feceris corpꝰ meū a
Irātꝰ igit̄ quītianꝰ: iubet eā i (carnificibꝰ attrectari. Le. ix.
mamilla torq̄ri. Et diutissime tortā: eādē mamillā iussit abs
cidi. Qd̄ cū factū fuisset agatha fortissima v̄go dixit. Impijssime
crudelis ⁊ dire tyrāne: nō es cōfusꝰ hoc āputare i femina: qd̄ tu
ip̄e a mr̄e suxisti? Sed ego habeo māmillas itegras in aīa mea in
tus ex qbꝰ nutrio oēs sensꝰ meos: quos ab īfātia dn̄o cōsecraui.
Tūc crudelissimꝰ quītianꝰ iussit eā iterū i carcerē recipi. Et p̄cepit
vt nulli medicorū ad eā venire penitus licuisset. Et neq̄ panem
neque aquā ab aliquo ministrari. Cūq̄ v̄go btā agatha i carce
re fuisset inclusa: ecce circa mediam noctem venit subito senex
q̄dā āte quem portitor luminis ambulabat: ferens in manu sua

diuersa medicamenta: qui se medicū esse cōmemorans cepit his verbis alloqui virginem sanctam dicens. Licet enim virgo his corporalib⁹ penis te insanus consularis affecerit tu tñ grauiorib⁹ supplicijs eū cruciasti respōsionibus tuis. Et licet vbera tua torserit ⁊ amputare fecerit: sed illius vbertas in fel conuertitur ⁊ in amaritudine erit eius interit⁹. Tamē q̄ ibi erā q̄ hora hec patiebaris consideraui ⁊ vidi: q̄ potest curam salutis tua mămilla suscipere. Tunc sancta agatha dixit ei. Dñe senex: medicinā carnalē meo corpori nunquam exhibui. Et quod diu ab ineunte etate custodiui nūc pdam? Cui ille senior dixit. Filia ⁊ ego xp̄ianus sum: ⁊ noui medicinam. Nolo me verecunderis. Dixit ei sancta agatha. Et que potest verecundia mea circa te esse: cū tu sis senior ⁊ grandeuus: ego aūt sim puella? Ita totum corpus meū variis laceratū est penis: vt vulnera ipa non permittant in aliquo stimulari mentē vnde possit verecūdia excitari. Sed ago tibi grās domine pater: quia mihi tuam sollicitudinē dignatus es exhibere: hoc aūt scias q̄ ad corpus meū medicamenta facta: nunquā accedunt. Dicit ei ille senior. Et quare nō permittis: vt curē te? Sancta agatha dixit. Quia habeo saluatorē dñm nr̄z iesum xp̄m q̄ verbo curat omnia: ⁊ sermone suo solo restaurat: hic si vult potest me saluam facere. Tunc subridens senior dixit. Et me ipē misit ad te. Nam ⁊ ego apostolus eius sū. Sed scito te iā in ei⁹ noīe esse saluam. Et cum hec dixisset: ab oculis sancte agathe virginis statī ablat⁹ est. Tūc beata agatha in hoc gaudens: ac se in oratione proijciēs dixit. Gratias tibi ago dñe iesu xp̄e quia memor factus es mei: ⁊ misisti ad me apostolum tuum q̄ me cōfortauit ⁊ recreauit viscera mea. Tu autem.

In natale sctē scolastice virginis.



Beatus gregorius dixit. Lectio. i.
Quis nā erit petre ī hac vita paulo sublimior? Qui de carnis sue stimulo ter dñm rogauit: ⁊ tñ q̄d voluit obtinere nō valuit. Ex q̄ re necesse est: vt tibi de venerabili patre benedicto narrem. Quia fuit qdē q̄d voluit: sed nō valuit implere. Soror namq̧ ei⁹ scolastica noīe: oīpotenti dño ab ip̄o infātie tpe dedicata: ad eū semel p annū venire cōsueuerat. Ad quā vir dei nō lōge extra ianuā: in possessionē monasterij descēdebat. Qua

dā vero die ex more ad eam cū discipulis venerabilis eius descē dit fratrer. Qui totū diē dei laudibus sacrisqꝫ colloquijs ducentes: incūbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumqꝫ adhuc ad mensam sederent: ꝛ intra sacra colloquia tardior hora se protraheret. Eadē sanctimonialis femina soror ei⁹ rogauit eum dicens. Queso te ne in ista nocte me deseras: vt vsqꝫ mane aliqđ de celestis vite gaudijs colloquamur. Cui ille respōdens ait. Quid ē quod loqueris soror: Manere extra cellā: nullatenus possū. Tanta vero erat celi serenitas: vt nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis aūt femina: cū verba fratris negantis audisset: insertas digitis manus super mensam posuit: ꝛ caput i manibus oīpotētē deū rogatura declinauit. . Lectio. ij

Cumqꝫ leuaret de mēsa caput: tanta coruscationis ꝛ tonitrui vētus: tātaqꝫ inundatio pluuie erupit: vt neqꝫ venerabilis benedictus: neqꝫ fratres q cum eo aderāt: extra loci limē quo cū eo sederant pedem mouere potuissēt. Sanctimonialis qppe femina caput in manibus declinans: lachrymarū fluuios i mensam fuderat: per quas serenitatē aeris: ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post oratonē: inundatio illa secuta est. Sed tanta fuit cōuenietia orationis ꝛ inundationis: vt de mēsa caput iā cum tonitruo leuaret: quatenus vnū ideqꝫ esset momētu ꝛ leuare caput ꝛ pluuiam deponi. Tu autem. Lectio. iij.

Tunc vir dei inter coruscos tonitrus: atqꝫ ingētis pluuie inūdationē: videns se ad monasteriū non posse remeare: tōrque ri cepit contristatus dicens. Parcat tibi omnipotēs deus soror Quid est quod fecisti: Cui illa respondit. Ecce te rogaui ꝛ audire me noluisti. Modo ergo si potes egredere: ꝛ me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens: qui remanere sponte noluit in loco mansit inuitus. Sicqꝫ factū est vt totā noctē peruigiles ducerent atqꝫ per sacra spiritualis vite colloquia: sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi. Eū voluisse se aliqđ: sꝫ nō potuisse. Quod si venerabilis viri mentē cōspiciam⁹ dubiū nō est: qđ eandē serenitatē voluit: sed in virtute oīpotētis dei: ꝛ femine pectore miraculū inuenit. Nec mirum ꝙ pl⁹ illa femia ꝙ diu frēm videre cupiebat: eodē tpe valuit. Quia enī iuxta ioānis vocē de⁹ charitas ē: iusto valde iudicio illa plus potuit: ꝙ ampli⁹ amauit. Petr⁹ fateor: multum placet qđ dicis. Gregori⁹. Cūqꝫ die altero eadē venerabilis femina ad cellā p.

prīam recessisset: vir dei ad monasteriū rediit. Tunc ecce triduū in cella cōsistens eleuatis in aere oculis: vidit eiusdē sororis sue aīam de eius corpe egressā in columbe specie celi secreta penetrare.

Valentini presbyteri ꝛ martyris.



Ome natalis scī valētini p̄sbyteri. Quē tenuit claudius impator: ꝛ reclusit in carcerē cōpedibus ꝛ catenis: ꝛ post biduū iussit eū sibi p̄sentari in palatio iuxta āphiteatrū: ꝛ dixit ei. Quare nō amicicia nr̄a frueris: ꝛ viuis cū cetu rei publice nr̄e: quā cū sis sapiēs offēdis in supstitione vanitatis? Rn̄dit valētinus ꝛ dixit. Si scires donū dei gauderes tu: ꝛ res tua plublica: ꝛ refutares demones: ꝛ idola manufacta: ꝛ cōfitereris vnū deū patrē oipotētē: ꝛ ihz xp̄z filiū eius creatorē celi ꝛ terre: maris ꝛ omnium q̄ in eis sūt. Respōdit qdam legis consultor ꝛ dixit ei. Ut qd disputas de deo ioue vel mercurio? Rn̄dit valētinus p̄sbyter ꝛ dixit ei. Hoīes miserrimi fuerunt ꝛ turpes: q ptp̄s vite sue semp in imūdicijs ꝛ delectationibus ꝛ cōtumelijs male vixerūt. Respōdit legis cōsultor ꝛ dixit. Blasphemauit deos ꝛ gubernatores rei publice. Lectio .ij. Le .i.

Odē die claudius patienter valētinū audiebat. Cū autem calphurnius p̄fectus videret q beatus valētinus cor claudij emolliret salutaribus monitis ait. Seductus ē p̄riceps in doctrina falsa. Eadē hora mutatū est cor claudij: ꝛ cōmotus: calphurnio dixit. Patiēter audi eum ꝛ si sanū cōsiliū nō est qd declarat: fac in eū qd in sacrilegū leges senserūt. Tūc calphurnius p̄fectus dedit eū cuidā asterio p̄ncipi suo ad custodiēdū. Qui cū accepisset: duxit eū i domū suā. Qui cū introisset in domū suā: positis genibus orauit dicēs. Deus omnium rerū visibiliū ꝛ inuisibiliū: creator generis hūani q misisti filiū tuū dn̄m nr̄m iesum xp̄m: vt de tenebris ad verā lucē nos perduceret tu cōuerte domū hanc: ꝛ dona ei lucē post tenebras. Respōdit asterius dicens. Modo pbabo: si deus tuus illuminat oēm hominē. Habeo filiā adoptiuā quā ducam ad te. Et dū illuminata fuerit faciam quecumq mihi preceperis. Qua accepta valentinus presbyter: posuit manū suā super oculos puelle dicēs. Domine iesu xp̄e illumina famulam tuam. Et cum hoc dixisset illuminati sunt oculi eius. Lec .iij

Umq vidisset asterius cecidit cū vxore sua ad pedes beati valētini. Qui dixit

Si ex toto corde creditis. Cōfringite omnia idola: et relaxate ōēs xpianos quos habetis i custodia. Quo facto induxit eis triduo ieiuniū. Quo completo vocauit ad se sanctū calixtum episcopū et consignauit asterium cum omni domo sua animas pmiscui sexus fere numero q̄dragita sex. Post hos dies regfuit claudi⁹ asterium principem. Et nunciatū est illi q̄ per illuminationem puelle baptizatus esset cū omni domo sua p valentinum presbyterū. Qui iratus precepit asterium cum domo sua duci vinctum in ciuitatē hostiam: et ibi eum sub penarū examinatione spiritū exalare. Valentinum vero presbyterum fustibus cedi: et capitalem subire sententiam. Qui decollatus est via flaminea: sub die sexto decimo kalendarum marcij. Cuius corp⁹ collegit matrona quedam nomine sauinella: et sepeliuit in eodē loco venerabiliter quo decollatus est. Tu autem.

In cathedra sancti petri.



Gaudeo dilectissimi de religioso vr̄e. Lectio. i. deuotionis affectu: et deo gratias ago: q̄ in vobis pietatem xp̄iane vnitatis agnosco. Sicut enim frequentia ipsa vestra testatur: intelligitis diei huius recursum ad cōmunem leticiam pertinere et honore celebrare totius gregis per ānua festa pastoris. Nam licet vniuersa ecclesia dei: distinctis sit ordinata gradibus: vt ex diuersis membris sacrati corporis subsistat integritas: omnes tamen in xp̄o vnum sumus: nec quisquam ab alterius: ita est diuersus officio: vt nō ad cōnexionem pertineat capitis cuiuslibet humilitas portionis In vnitate igitur fidei atq̃ baptismatis dilectissimi idiscreta nob societas: et generalis ē dignitas: secūdum illud beatissimi petri apostoli: cui iste sermo debet famulari. Et ipsi tamquā lapides viui superedificamini domos spirituales: hostias acceptabiles deo per xp̄m dn̄m nostrum. Tu.

Omnes igitur in xp̄o renatos crucis Lectio. ij. signū efficit reges. Sancti vero spiritus vnctio consecrat sacerdotes: vt preter istam spiritualem mysterij virtutem: vniuersi spirituales xp̄iani agnoscant se generis regij et officij esse consortes sacerdotalis. Quid eī tā regiū quā subditū deo: aīaz corpis eē rectorē. Et qd tā sacerdotale quā vouere deo ↄsciētiā purā: Qd cū oibus per grām dei cōmune sit factū: religiosū nobis

atq; laudabile est hodie ꝓvectioni nostre: de ꝓprio patrono gaudere. Et quãq; in toto corpore ecclesie apostoli petri celebrat͛ põtificij sacramẽtũ: nobis tamẽ est speciali⁹ gaudẽdum: qui effuso benedictionis vnguẽto: copiosius in superiora perfluxit: ⁊ nõ ꝑcius in inferiora descẽdit. Cũ itaq; dilectissimi cõsortio isti⁹ muneris magna sit materia cõmunis gaudioꝝ vestroꝝ: tamẽ nobis et excelẽtior erit causa letãdi: si non in nostre humilitatis cõsideratione remuneremini: cũ multo vtilius multoq; sit dignius: ad beatissimi petri gl͛iam cõtẽplandã aciẽ mẽtis attollere: ⁊ hunc diem in illi⁹ venetatione celebrare: qui tã copiosis est irrigationib⁹ inundat⁹: vt cũ multa solus accepetit: nihil vnq; sine ipsius participatione transierit. Tu autem. Lec. iij.

Verbũ enim iã caro factũ habitauit in nobis: ⁊ ad humanuz genus reparãdũ totũ se xp̄s impendit. Nihil enĩ indispositum sapientie: nihil erat arduum potestati: famulabãtur elementa: angelici spiritus seruiebãt. Nec vllo modo poterat inefficax esse sacramẽtum: qd̓ simul ipsius deitatis vnitas operabat͛ et trinitas. Et tamẽ de toto mũdo vnũ elegit petrũ: q et vniuersarum gẽtium vocationi: et omnib⁹ apostolis: cũctis q; ecclesie patrib⁹ ꝓponatur: vt quamuis in ꝓp̄lo dei multi sacerdotes sint: omnes tamen regat petr⁹: quos ꝑ̄ncipaliter regit xp̄s. Magnũ ⁊ admirabile dilectissimi huic viro cõsortiũ potentie sue tribuit diuina dignatio: ⁊ siquid cũ eo cõmune ceteris voluerit esse precipuis: nunquã nisi per ip̄m dedit quidqd alijs nõ negauit. Omnes deniq; apostolos domin⁹ quid de se opinẽtur homines interrogat: ⁊ tãdiu respondẽtiũ sermo cõmunis fuit: quãdiu humãe ignorãtie ambiguitas ꝑ̄stitit. At vbi qd habeat discipuloꝝ sensus exigitur: ꝑ̄mus est in cõfessione dñi qui ꝑ̄m⁹ erat in apostolica dignitate. Qui cũ dixisset tu es xp̄s fili⁹ dei viui: respõdit iesus. Beat⁹ es simon bariona: q2 caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi sed pat͛ meus qui est in celis. Id est ideo beat⁹ es: q2 te pater meus docuit: nec terrena oppinio fefellit: sed inspiratio celestis instruxit: et nõ caro et sanguis: sed ille me tibi cui⁹ sum genit⁹ indicauit. Beat⁹ itaq; petr⁹ apostolici ordinis ꝑ̄nceps: prim⁹ domini cõfessor factus petra ecclesie: clauicularī⁹ regni: cui nomẽ ex opere dat͛: et titulus ex merito potestatis ipo͞nit͛: a dño audire meruit. L. iiij.

Et ego dico tibi q2 tu es petrus. Id est sicut pat͛ me⁹ tibi mãifestauit diuinitatẽ meã: ita et ego notã tibi facio excellẽtiam

tuā: quia tu es petr⁹. Id est cū ego sim inuiolabilis petra: ego lapis angularis q̄ facio vtraq̄ vnū: ego fundamētū p̄ter qd nemo potest aliud ponere: tamē tu quoq̄ petra es: q2 a mea virtute solidaris: vt q̄ mihi potestate sūt ppria sint mecū tibi pticipatione cōmunia. Super hanc petrā edificabo ecclesiā meā: et porte inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Super hanc inq̄t fortitudinē eternum construam templum: et ecclesie mee inserenda sublimitas: ex huius fidei firmitate consurget. Hanc igitur fidem porte inferi non terrebunt: mortis vincula non ligabunt. Vox enim ista vox vite est: et sicut cōfessores suos in celestia puehit: ita negatores ad iferna demergit. Propter quod dicit beatissimo petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ: et qdcūq̄ ligaueris super terram erit ligatū et in celis: et quodcunq̄ solueris super terram erit solutum et in celis. O inestimabilis et immensa potestas. Hominē in terra positū tenere celū. Ecce nūc ad nutū petri diuini regni claustra patescūt. Accepit eni a xp̄o claues regni celoꝝ: vt solutis vinculis delictoꝝ aperiret credentib⁹ celū. O quā vicina et pfunda remedia. Iuxta se habet mūdus dei regno si currat ad petrū. Posuit ad vicē suā in seculo celestis regni clauicularium petrū: ne difficile sibi ad celū quispiā existimaret ascensum. Trāsiuit enim in alios apostolos vis istius potestatis: et ad omnes ecclesie principes decreti hui⁹ institutio cōmeauit. Lu. Lec. v.

Dominꝰ tertio petrū an se diligat interrogat: vt ipa trina cōfessione vincla q̄ illū ter negādo ligauerat absoluat. Et quotiens territus ei⁹ passione qua eū nosse negauerat: et totiēs eius resurrectione recreatus qd illū amet toto corde testatur. Prouida aūt dispēsatione tertio cōfiteri amorē: tertio atq̄ pascēdas suas oues cōmēdauit: q2 decebat vt quotiens in pastoris fide titubauerat: totiēs oues eū renouata fide pastoris iubeat curare. Nō enim hic dicit. Pasce oues meas: hoc est vtiq̄ qd ei ante passionem aptius dixerat. Ego aūt rogaui p te vt nō deficiat fides tua et tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Pascere q̄ oues xp̄i est credētes xp̄o ne a fide deficiāt cōfirmare: et vt in fide magis magisq̄ pficiāt instāter operā dare: qb⁹ verbis solertius intuēdū: quod eadem pastio gregis dominici nō vniformis: sed multimoda est sollicitudine gerēda. Lec. v.

Nam et terrena subsidia necesse est vt subditis rector ne desit: et diligēter prouideat: et exēpla virtutis simul cū predica

tionis verbo eisdem sollicit⁹ ipēdat: ⁊ si quos aut spiritualibus aut etiā cōmunib⁹ eorꝫ commodis aduersantes deprehenderit: horꝫ violētie quātū valet obsistat. Ipsos quoqꝫ (cū forte errauerint) subiectos: iuxta psalmiste vocē corripiat: iust⁹ in mia: ⁊ increpet neqꝫ oleo sā noxia ꝯsēsiōis eorꝫ corda demulceat. Hoc enī ad pastoris officiū nōptinet. Nā q subditorꝫ errata corrigere: ⁊ vulnera eis peccatorꝫ inquātū sufficit curare neglexerit: int̄ pastores ouiū xp̄i qua frōte se ānumerare p̄sumit? Sed hoc pastori ē fixo corde tenēdū: vt eos qb⁹ p̄est nō quasi suos ip̄os: sed vt domini sui greges tractare meminerit: iuxta illud qd̄ petro dicit̄. Si diligis me pasce oues meas. Meas inquit nō tuas. Meas tibi oues cōmēdās: scito eas q̄si meas regere. Si me pfecte amas recole: vt meā videlicet in eis gl̄iā: nō tuam: mea lucra non ꝓpria q̄ras. Sūt enī q oues nō amore xp̄i: sed gl̄ie domiatiōis: vł' q̄stus gr̄a pascūt. Quorꝫ multitudinē dolēs apostol⁹ paul⁹ ait ad philipēses. Spero aūt in dn̄o iesu thimotheū citome mittere ad vos Neminē enī habeo tā vnanimē q tā affectione ꝓ vobis sollicit⁹ sit. Omnes enī sua q̄rūt: nō q̄ sūt xp̄i iesu. Unde dn̄s i euangelio tales nō pastores sed mercēnarios pot⁹ vocat dicēs. Quia lupo veniēte: mercēnari⁹ fugit quia mercennari⁹ est et non pertinet ad eum de ouibus. Lu aūt.

Secundum matheum.

In illo tēpore: venit dn̄s iesus i ptes cesaree philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicēs. Quē dicūt homines eē filiū hominis? Et reliq̄.

Omelia ex dictis scī augustini epi. .L. vij.

Herodes maior sub quo dn̄s nat⁹ est: q̄ttuor tradit̄ habuisse filios. philipū videlicet q hic cōmemoratur: quiqꝫ vt lucas narrat: fuit tetrarcha ituree ⁊ traconitidis regionis: archelauꝫ quoqꝫ ⁊ lisaniam: sed ⁊ herodē sub quo dn̄s passus ē. Philipp⁹ iste pnceps vt p̄mōstratū est q̄rte ptis regni iudeorꝫ: in honore tiberij cesaris ciuitatē statuit ad radicē libani mōtis: vbi iordanis exorit̄: quā cesareā philippi i memoriā sui nominis pariterqꝫ in honore tiberij cesaris appellari ꝯstituit. Que postea p̄tinuo amisso vocabulo paneas dicta est. In q̄ ciuitate tradūt antiqꝫ regib⁹ quōdā tributa ꝯsueuisse p̄solui. Hoc autē fecit fauore huius cesaris. Quā ciuitatē cesareā nūcupauit: que ātea turris trachonis vocabat̄. Qui etiā inlitā adhuc nili id est vrbē in monumentum

filie ipsi⁹ cesaris condidisse in historijs inuenitur. Lu. Lec. viij.

Ueniens ergo dñs in partes cesaree philippi discipulos cui⁹ apud homines opinionis haberet̃ ingrebat. Et pulchre satis hoc q̃ maxime in has ptes agere voluit: vt vbi rex quondã terrenus censum tributariũ exigere solitus erat: a sibi subditis ibi veniẽs rex celestis reciperet censũ fidei discipulis. Ubi sãcte ecclesie rectorib⁹ exẽplũ quã persequẽtur normã p̃signat: qui vicẽ xp̃i in administrãdis eius gerũt officijs: quo ipsi quoq̃ ab his quos fidei et cõuersationis merito probato familiari⁹ ceteris colũt: cuius fame apud subiectos sint p̃cõtentur. Et siqdem se laudabilis fame esse cõpererit: dei totũ gratie deputẽt: tales q̃ esse quales fama vulgauit insudẽt. Si vero secus quã decet fieri de se senserint: sic illud nec se ipsos tã pie vl'iuste ⁊ iuxta illud quod sacer p̃cellẽtie ordo poscit viuẽdũ est: vt tãtus in eis sanctitatis splẽdor eluceat. Famamq̃ de se mẽtiri p̃hibeãt. Lu. Lec. ix.

Ait itaq̃ dominus. Quẽ dicũt homines esse filiũ hominis? Nõ hoc quasi nesciẽs p̃cõtat̃ tãq̃ ignorare potuerit qd de se homines sentirẽt: sed vt cõfessionẽ recte fidei illorũ digna mercede remuneraret: ⁊ populũ falsis traditionib⁹ scribarum ⁊ phariseorũ corruptũ ab errore liberaret. Scribe nãq̃ et pharisei qui in populo iudeo⁊ honore ac sapiẽtia eminebãt: videntes se a populis deserẽ: ⁊ dominũ iesum xp̃m sequi ꝑpter vite sanctitatem et p̃dicationẽ salutiferã atq̃ miraculo⁊ signa: q̃ ab eo assidue fieri cernebãt illi. Et licet lege et ꝓphetis p̃e ceteris edocti zelo ducti inuidebãt xp̃m esse illũ scirẽt: timẽtes tamen humanã perdere gloriam si populus doctrinã illo⁊ desereret et domini p̃cepta sequeret̃: laborabant quibusdam modis qbus poterant corda populi subuertere ne xp̃m illum esse crederent: qui in lege et prophetis patribus eorum fuerat repromissus. Unde et iudei hodie extimant dominum nostrum iesum xp̃m nec dũ in mundũ hunc venisse: sed adhuc venturum esse. Cernens ergo dominus scribaru⁊ et phariseorum traditionibus populos corruptos: ⁊ se non christum extimari a populo sed potius ioannem aut helyam vel hieremiam voluit eos ab hoc errore liberare. Et idcirco interrogauis eos inquirit: quid alij de se sentiãt vt expositis diuersis errantium oppinionibus probarentur discipuli: non de opinione vulgari: percepisse veritatem sue confessionis sed potius reuelatione diuine inspirationis. Lu autem.

In natale sancti mathie apostoli.



Rclytam ⁊ gloriosā festiuitatē be Lectio.i.
ati mathie aplī dn̄i nostri iesu xp̄i:tāta deuotio-
ne venerari ⁊ glīficare nos opportet:q̄nta illum
diuina gr̄a cōpēsante:ad aplīcā dignitatē electū
eē cognouim⁹. Sed q̄liter vel quo ordine p̄ sctōs
apostolos patratum sit: ⁊ q̄ exinde scti p̄res i ei⁹
laude mirifice ꝓtulerūt: vtpote sacre scripture series est: pāde-
re nō recusamus. Saluator etenī dn̄s nr̄ iesus xp̄s ⁊ humani gene
ris cōditor atq̧ redemptor: post electionem duodeci apostolorū
septuagita duos discipulos assūpsit: binosq̧ misit ad p̄dicādū.

INter quos siqdem beatus mathias: sctē p̄dicati Lec.ij.
onis ministeriū suscipiēs: ita se humilit̄ diuinis subdidit p̄ce-
ptis: vt fideliter p̄dicādo ad sancte matris ecclīe gremiū enictū
populū p̄ducere curaret: vt admodū acceptabilis est ⁊ deuotissi
mus xp̄o factus: cū traditor ille iudas dn̄z ꝓderet xp̄m: suiq̧ ho
micida effectus esset: apostolatū iste vir dn̄i in loco illius suscipe
ret: ⁊ sorte ⁊ oratione sanctorum apostolorum duodecim⁹ ordina
ref apl̄s. Cui datur sacri euangelij predicatio in iudea: sicuti san
ctis apostolis petro ⁊ paulo i italia ceterisq̧ apostolis i singulis
regionibus. Tu autem. Lectio. iij.

UErumtamē si in religione xp̄icolaꝝ omnium festa apostolorū
celebrari concedet: nos hodierna die beati mathie duodeci
mi apostoli natalem tanta veneratione excolere debemus: quāta
vt prediximꝰ inter apostolos mirabiliter electū esse cognouim⁹.
De hoc vero apostolo enarās gloriosus euangelista dixit. Exur
gens aūt petr⁹ in medio fratrū dixit. Erat aūt turba hominum: si
mul fere centū viginti. Uiri frēs: opportet nos ex his viris: qui
nobiscū cōgregati sūt in oī tēpore ex quo ītrauit ⁊ exiuit īter nos
dn̄s iesus: incipiēs a baptismate ioānis vsq̧ in diē quo assūpt⁹
est a nobis: testē resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Et
statuerūt duos. Joseph q̄ vocabatur barsabas q̄ cognominat⁹
est iustus: ⁊ mathiā: ⁊ orātes dixerūt. Tu dn̄e qui corda nosti om-
nium: ostēde quē elegeris: ex his duobus vnū accipere locū mini
sterij huius ⁊ apostolatus: de quo p̄uaricatus est iudas vt abiret
in locum suum. Et dederunt sortes eis: et cecidit sors sup mathi
am: ⁊ annumerat⁹ ē cū vndeci apostolis. Tu. aūt. Lectio. iiij.

De ſancto mathia apoſtolo.

IN hac itaqȝ electione huius ſanctiſſimi apoſtoli cõſideranda eſt ⁊ admirãda diſpẽſatio diuine potẽtie atqȝ humane glorie quoniãq̇dẽ ſicut diuina ſcriptura denũciat: nõ ſicut videt homo ita pͥuidet deꝰ. Jlle enĩ ioſeph q̇ vocabat̃. barſabas q̇ cognominatꝰ ẽ iuſtus ab omnibꝰ eſt electꝰ. Mathias aũt q̇ interpͥtatur dei paruꝰ ſiue donatꝰ: ſpiritꝰ ſancti electione factꝰ eſt magnus. O vere pͥuum: o vere magnũ: q̇ nõ ideo magnus quia electꝰ: ſed ideo magnꝰ quoniaȝ humilis factꝰ eſt ſectãdo iuſticiã: ⁊ veſtigia domini ſui dicẽtis: nõ veni miniſtrari ſȝ miniſtrare. Et idem alio loco Qui ſe exaltat humiliabit̃: ⁊ q̇ ſe humiliat exaltabit̃. Lu. (.x.v.

DOnatꝰ vero dicit̃ ab ip̃o dño mathias in duodenario apoſtoloꝝ numero: vt exaltaret̃ atqȝ glorificaret̃: ⁊ duodenariꝰ numerus pͥfectꝰ inueniret̃. Nec mirũ nec incredibile: nihil enĩ dei ſapiẽtie impoſſibile: nihilqȝ incognitũ eſſe credẽdum Omnia enĩ q̃cũqȝ voluit dñs fecit in celo ⁊ in terra: in mari et in abiſſis. O quãtũ diſtant humana merita a ſupernis iudicijs atqȝ diuinis. O quantũ humana ſapiẽtia ab illiꝰ diſtat ſapiẽtia: de qua clamat apoſtolꝰ. O altitudo diuitiaꝝ ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie dei: q̃ȝ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eiꝰ ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ: hãc ſapiẽtiã cõpletam videmꝰ in beati mathie electione quẽ dei ſapientia in theſauro ſuo recõditum habuit humilẽ ⁊ paruũ: ſed tamẽ voluit in ſeculo pandere magnũ ⁊ glorioſum. Scilicet vt ĩ trono illum duodecimo exaltaret. Lu aũt. Lec. vj.

EXcipiamꝰ ergo illum tãquam a deo donatũ: tãquaȝ ab ip̃o p̄ordinatũ: veneremur illũ tãquam ab ip̃o ĩter diſcipulos valde glorificatum. Et dederũt ait lucas euangeliſta eis ſortes: et cecidit ſors ſup̱ mathiam. Hoc inſinuando ꝑtuliꝰ vt intelligamus ad quãtã perfectionis gratiam beatꝰ mathias electꝰ inter duodecim apoſtolos: duodecimũ apoſtolatꝰ culmẽ ſcandere meruit: ac proinde cum dñs ad iudicandum venerit glorioſꝰ cuȝ illo reſidens clarebit. De huius quoqȝ apoſtoli mathie mirabili electione ac iude traditoris deiectione textũ beati luce euangeliſte proſequẽs arator ſancte romane eccleſie ſubdiaconꝰ quod beatus petrꝰ apoſtolus ꝓſaica oratione p̱docuit: ille verſibꝰ heroicis deprompſit ſic dicẽs. Primus apoſtolico parua de puppe vocatus Agmine petrꝰ erat: quo piſcatore ſolebat. Stamina turba capi. Subito de littore viſus: dũ trahit ip̃e trahi meruit. Surgit et inſinuãs diuina negocia coram ſic venerandis ait. Noſtis

quia pditor mercedē sceleris soluit sibi tedia noxa acris in medio: communi vt pderet hosti debita pena locū. Celo terreq; pero sus int utrūq; perijt: nullis cōdēda sepulchris. Uiscera rupta cadūt teuesq; elapsus in auras. Fugit ab orbe ciuis: nūc op⁹ ē votis: qd verba pphetica clamāt q liceat suplere vices. Tunc sūma pcātes: cōstituere duos ioseph cognomine iustū. Mathiam q; dei paruū. Quod nomē vt aūt hebreo sermone sonat: humilē q; vocādo cōprobat. O quātū distāt humana supernis iudicijs parui merito trāscēdit ille laude hominū q iustus erat duodena refulgēt signa chori terrisq; iubar iaculatur olimpi.

In natale Emetherij et celedonij.



[C]Um si priscoꝝ ātiqtas passionū qb⁹ sūt bea (Lc. j. tissimi martyres emeteri⁹ et celedon⁹ cōsecrati gestorū fidei velamē obliterate obliuiōis inducit: tamē qz viuax insigne meritorū: ipso suo silētio pclamādū nec debet latere nec post in aucto..um vite laus celebrata succedat. Que et si mēsuraz celestis glorie sui dignitate nō implet: cōtra inuidiā tamē illorū tēporz taciturnitatē ānuū mun⁹ votis solennib⁹ expleat. Qd quidē de cōprobata innumeris exēplis coꝝ dignatione psūptum est vt officio obseqntis iciperēt qd laudantis merita equare nō possunt. Famulat⁹ iste nō in verbis extimādus est sed i votis. Maior est eni quodāmodo ipossibilitatis effect⁹ qz cessat in amore indiciū et verecūdie sue pdigiosum semp est ac pfusa dilectio: q posse nō cogitat dū velle cōpēsat. Lu. Lec. ij.

[P]Ro plenitudine conatus habeatur: et sic ausū sit imperfectio dū asserētis infirmitas latet sub materia dignitatꝫ: et quod nō potest laudās asseq non sibi debet ascribi. Ac si sermonem securus aggredit: qui ipius honoris magnitudine quā predicatur⁹ excusat. Nec sic omnis historie series et inuidā abolent obliuionē: sed per etatis ordinē reuiuiscens: fame viuax portio pululauit. Ut facile possit intelligi exinde qd pditur: quā sit magnificū qd celat. Exequēdus ē igitur ordo rumoris: et laudis admirāda narratio. Ut qd in habitu sermo nō explet: in veritate fabula subministret. Legionario fuisse milites fama est: atq; ibidē secularib⁹ pmū stipēdijs militasse: vbi non signat opidū appellatio antiqua castrorum. Lec. iij.

De sancto Emeterio ⁊ celedo.

EL cũ adhuc gallecia cũ tranconensi ꝓuincia sociata hispa
nie citerior haberet̃: feralis clãgor classici gẽtilis intonuit:
quo obseruãtiã nominis xp̃iaãi rabida ꝑsecutione vexaret. Ecce
hic nos fama destituit: ⁊ ꝑstitã insigniũ factoꝝ gloriam concessit
Sed ipa sui decepta probat̃ obliuio dñ credẽtium pectoribus fi
des inserit: qđ audientium aurib⁹ taciturnitas abnegauit. Sen
igit̃ anteacte vite operib⁹ proditi qua ꝓportio omniũ deo etiã
in castris secularib⁹ militarũt: siue repẽtino sancti spirit⁹ ardo
re succẽsi positis mũdi armis ad hoc ꝑliũ cucurrerũt. In vtroq͡z
felices. In vtroq͡z gl'iosi: quia vt dominũ a ꝓncipio sunt secuti:
aut deo qui inspirãte ꝑmia merẽt̃ sint electi Lu. Lec. iiij.

SEd vnde his fuisse passionis locũ: cũ ab hoc legionẽsis ci
uitas multis distet spacijs suspicamur attractor. Nec huic
credam⁹ ante spõte venisse coniectamur sensui. In vtroq͡z mit
tam⁹: vt vbiq͡z preclarum sublime cernam⁹ insigne. Pone hinc
procellã ꝑsecutionis inde naufragia tumescẽtia: ad desiderium
florentis palme ꝑlati sunt: rumorib⁹ excitati. Inter primas vtri
q͡z dignitates regnorũ celestium sunt ponẽdi q̃ ad passionẽ ve
nerũt nõ quesiti. Excellẽtis voti est inter tormẽta prosilire: vbi
non est criminis latuisse. Sic credo alterũ alter affatus est. Diu
est fratres charissimi: quod in his vanis seculi militamus vbi
amissio tanti ocij breuissimo caduci tẽporis fine ꝯclusa est. L. v.

SEquamur veri regis signa victricia: ecce imminet bellũ fi
dei. Est occasio nobis augere ordinẽ militandi. Veteranus
miles mũdi: tirociniũ celeste suscipiat. Reiectis mortalibus telis
sumamus arma diuina. Que in cõflictib⁹ non patescãt: ne infir
mis mucronib⁹ infracta dissoluãtur. Forti⁹ continuo sentiemus
nos esse munitos cũ signiferi nominis elata vexilla in hostẽ qui
nobis vincẽdus est inferẽtur. Firmet pectus intrepidũ cõtexta
fidei: opera virtutũ lorica. Operiãt vulnerũ loca apposita spei
scuti impenetrabilis protectiõe fiducia. Attollãt galee adherẽ
tes inuicem charitatis: erecta fastigia. Feriat vbiq͡z hostem mis
silibus suis: vibrata ꝯfessio. Hec sũt nũimina sẽpiterna. L. vj.

HEc vere dilapsa ẽ de celo prãue interpretata errore gẽtilita
tis ancilla. Et hec q̃dẽ dicẽte vno: qđ tãdiu adoptaret̃ se se
credo alt⁹ increpauit. Hec referens. Me ne dubites frater sũ
mis rebus cohibere consortẽ. Sic tibi acta societate sũ cognit⁹
vt ad celestẽ gl'iaz videas ꝑsuadendũ. Quinimo diruptis fabu

lis prohibe mus hoc factis: Et latentem hostem vbicumqꝫ fue
rit ingram⁹. Addet animus iter agredi: lente enim quodammo
do credulitatis est exhiberi. Sed quia eos hacten⁹ spōte huc ad
uenisse tractauim⁹: nunc extimemus attractos: Unde in castris
secularibus militantes tam idonei visi sunt esse martyrio: nisi p̄
oribus vite proderētur exemplo. Et quidem potuerant excipere
comprehensi nisi propter constantiam cōfessionis lōgiorib⁹ sup
plicijs putassent eos posse superari. Apparēt eoꝝ virtutum pre
clara merita quib⁹ tandiu deferūtur extrema: quotiēs credo per
tantos circuitus ciuitatū seuientis circa eos persecutionis sunt
recursa tormēta. Iterare vulnerum viā et in augmētum doloris
sepi⁹ dilatari sētētia. Ut repararet insaniā carnificū: obductio
cicatricū. Quotiēs grauius institit: torqre parcēdo sāitas idulta
supplicijs vt i cruciatib⁹ excresceret: qd̄ i crutiatiōe cessaret. Lu.

In festiuitate sācti gregorij pape.



Regori⁹ ab vrbe romana patre gordiāo ma(Lc.j.
tre vero siluia editus: non solum spectabili sena
torum prosapia: verum etiam religiosam originē
duxit. Nam felix eiusdez apostolice sedis anti
stes: vir magne virtutis in xp̄o et ecclesia eius
atau⁹ fuit. Sed tamen hanc gregorius tante no
bilitatis lineam morib⁹ extulit: probisqꝫ actib⁹ decorauit. Deni
que vt post in propatulo claruit: non sine magno quodam presa
gio tale sortitus est nomē. Gregori⁹ namqꝫ ex greco eloquio: in
nostram linguam vigilator siue vigilanti⁹ sonat. Re etenim vera
vigilauit sibi dum diuinis inherendo p̄ceptis: laudabiliter vixit
Uigilauit et fidelium populis dū doctrine affluētis ingenio eis
quo tramite celestia scanderent patefecit. Disciplinis vero libe
ralibus. hoc est grāmatica. retorica. dialectica. ita a puero est in
stitutus: vt quamuis eo tempore florerent adhuc rome studia
litterarū null⁹ in vrbe ipi putaret eē secundus. Lu. Lec.ij.

TNerat eni habūdanter parua adhuc etate maturum iā stu
dium: adherere scilicet dictis maiorum: et siquid dignum po
tuisset auditu percipere: non sineret obliuioni tradere: sed tena
ci potius memorie cōmēdare. hauriebatqꝫ iam tunc sitibūdo do
ctrine fluenta pectore: que post cōgruenti tempore mellito gutu
retutaret. hic in annis adolescentie i quibus solet etas illa se

culi vias ingredi: deo cepit deuotus existere ⁊ ad superne vite patriam totis desiderijs anhelare. Sed dum diu lõgeqꝫ cõuersationis gratia differret: et postq̃ celesti est afflatus desiderio seculari habitu cõtegi melius putaret: velletqꝫ presenti mũdo q̃si specietenus deseruire: ceperũt multa ei ex eiusdẽ mũdi cura succrescere: vt in eo non iam specie sed vt ipse de se asseruit retineretur et mente. Tandem cum et parentum iam dudum obitu: liberam disponendarum suarum rerum haberet facultatem: quod prius mẽte gestiebat: aperuit: et quod iam in diuinis erat obtutib⁹ humanis etiã nisibus ostendit. Tu autem. Lec. iij.

Mox eteniꝫ cũcta q̃ habere potuit ad pietatis opus distribuẽs vt xp̃m ꝓ nobis factũ egenũ: egentẽ se sequeret̃ effecit. Sex deniqꝫ in sicilia monasteria cõstruẽs: fratres illic xp̃o seruituros aggregauit. Septimũ vero intra vrbis muros instituit: in quo et ipse postmodũ regulari tramite multis sibi sociatis fratrib⁹: sub abbatis imperio militauit. Quibus monasterijs tãtũ de redditibus prediorꝫ delegauit: quantũ posset illic commorãtib⁹ ad quotidianũ victũ sufficere. Reliqua vero cũ omni domo predia vendidit: ac pauperibus erogauit: nobilitatẽqꝫ illam quã ad seculũ videbat̃ habere totam ad naciscẽdã superne glorie dignitatem diuina gr̃a largiẽte cõuertit. Et qui aut sirico cõtextu ac gemmis micãtibus solitus erat per vrbẽ procedere trabeatus: post vili cõtextus tegmine ministrabat pauꝑ ipse pauperibus. Eteni mutato repẽte seculari habitu monasteriũ petijt: et ex huius mundi naufragio nudus euasit. In quo tanta perfectionis gr̃a cepit cõuersari: vt iam tunc in ipsis initijs perfectorũ posset numero deputari. Inerat deniqꝫ ei tãta abstinẽtia in cibis: vigilãtia in orationib⁹: strennuitas in ieiunijs: vt infirmato stomacho vix cõsistere posset. Sustinebat preterea assiduas corporis infirmitates: maximeqꝫ ea pulsabat molestia: quã medici greco eloquio sincopi vocant. Cui⁹ incõmodis ita vitaliũ cruciabat̃ incisione: vt crebris intercept⁹ angustijs ꝑ singula pene horaꝝ momẽta ad exitum propinquaret. Tu autem. Lec. iiij.

Qualis autẽ in monasterio fuerit: quãqꝫ laudabili studio vitã duxerit: ex ipsius possumus verbis colligere: quib⁹ ipse in pontificatu iã positus: dũ cũ petro suo colloq̃retur diacono: flendo visus est cõqueri dicẽs. Infelix quippe animus est meus occupationis sue pulsatus vulnere: meminit qualis aliquando in

monasterio fuit: quomodo ei labencia cūcta subter erāt. Quantū rebus ꝙ voluitur eminebat quod nulla nisi celestia cogitare cōsueuerat. Quod etiam retētus corpore: ipsa carnis claustra cōtēplatione transibat: quod mortē quoqꝫ ꝙ pene cūctis pena est: videlicet ingressum vite et laboris sui premiū amabat: Ac nūc ex occasione cure pastoralis secularium hominū negocia patitur. Et post tam pulchrā quietis sue spem terreni actus puluere fedatur. Perpendo itaqꝫ qd tolero: perpēdo quid amisi. Cūqꝫ intueor illud qd perdidi: fit hoc grauius quod porto. Ecce enī in magni maris fluctib⁹ quatior: atqꝫ in naui mentis tēpestatis valide procellis illidor. Et cū prioris vite qetem recolo: quasi post tergum reductis oculis: viso littore suspiro. Quodqꝫ adhuc ē grauius: dum immersus fluctib⁹ turbat⁹ feror: vix iā portū valeo videre queꝫ reliqui. Tu. Lec. v.

Hec ait ipse de se nō de ꝑfectu iactando virtutū: sed deflēdo poti⁹ defectū referre consueuerat: quoniā non ad meritū sed ad penā se semper pastoralē curam incurrisse metuebat. Sed quāuis talia de se magne humilitatis intentione dixerit nos tamē credere decet: nihil monachalis perfectionis perdidisse: occasione cure pastoralis. Immo priorē tunc sumpsisse perfectum de labore cōuersationis multorꝫ: qd de proprie quondā quiete cōuersationis habuerit. Sed qualit hic sanctus vir ad diaconatus officium: et post ad pontificatus culmen ascendit: subsequens sermo declarabit. Deniqꝫ cernēs roman⁹ pontifex qui tunc ecclesie preerat virtutum gradibus gregoriū ad alta conscendere: eū abstractum a monasterio: ecclesiastici ordinis officio sublimauit. Leuitamqꝫ septimum ad suum adiutorium acciuit nec multo post pro responsis ecclesiasticis ad vrbē constantinopolim apocrifarium direxit. Nec tamen ille quāuis in terreno conuersaretur palatio: vite celestis intermisit propositum. Secuti namqꝫ sunt eum multi ex monasterio fratres sui: germana deuicti charitate. Tu autem. Lec. vi.

Quorꝫ ergo cōsortio nō solū a terrenis est semotus incursib⁹ verum etiam ad celestis vite exercitiuꝫ magis magisqꝫ successus. Tūc ab iisdem fratribus enixe rogatus maximeqꝫ a leandro venerabili viro hispalēsi episcopo q causis diuersis vsus gotorū legatus eo tempore constantinopolim aduenerat: cōpulsus ē: vt librū beati iob multis inuolutū mysteriis enodaret. Nec ille negare potuit opus quod sibi charitate amor fraternus multis vti

le imponebat facturum. Sed eundem librum iuxta litteram quo modo sit intelligendus: qualiter ad christi ecclesieq; sacramenta referendus: quo sensu vnicuiq; fidelium sit aptandus: per viginti quinq; librorum seriem miranda ratione perdocuit. In quibus ita de virtutibus vicijsq; disseruit: vt non solum videatur eadem verbis exponere: sed formis moraliter visibilibus demõstrare. Unde non est dubium eum perfectionem ipsarum assecutum esse virtutum: quarum tãtã efficaciã intimare valuit: qui cum adhuc in eadem regia vrbe positus nascente ibi noua heresi de statu nostre resurrectionis: cum ipso exorta est initio: imminente gratia catholice veritatis attriuit.

In festo sancti leandri archiepiscopi hispalensis. Lectio. j.



Leander beatissimus duce seueriano patre genitus: matre vero turtura natione cartaginensi prouincia hispanie professione monachus: et ex monacho hispalensis ecclesie prouincie betice constitutus est episcopus. Uir suauis eloquio: ingenio pstantissim⁹: vita quoq; atq; doctrina fuit excellẽtissimus. Cumq; arriane heresis feruorem: tẽpore leonegilli regis gotorum confutare beatus confessor leander radicitus nequiuisset: pro confirmandis sancte et immaculate trinitatis capitulis: ad constantinopolitani presulis cetum transmeauit. Ibi aderat gregorius tunc cardinalis: vicem illic magni antistitis agens: cũ quo ipse leãder amicitie fed⁹ pepegit: et abeo postulauit: vt moralia iob sibi expõeret. L. ij.

Beat⁹ vero leãder ad ppria redies: armis fidei pmunit⁹ cõtra furẽtes leoncigilli regis ac principum ei⁹ rabies: athleta fortissim⁹ xpi comitãte gratia pcessit: fide eius atq; industria tota gẽs gotorum ab arriana isania ad fidẽ catholicã est ouersa: testãte beato gregorio i libro dialogorum: i quo ait. Sic ml'torum q ab hispaniarum ptib⁹ vẽiũt relatiõe cognouim⁹: nup emergill⁹ rex leõegilli regis gotorum fili⁹: ab arriana heresi: ad catholicã fidẽ viro reuerẽdissimo leandro hispalẽsi epõ pdicãte: oudũ mihi amicitijs familiarit̃ iũcto ouersus ẽ. Quẽ pat ei⁹ arrian⁹: vt ad eãdẽ heresi redire: et premijs suadere: et minis terrere conat⁹ est. Cũq; ille cõstãtissime respõderet nũquã se verã fidẽ posse relinqre: q̃ semel a beato leãdro

agnouisset. Iratus pater eũ ꝓuauit regno: rebusq; omnib⁹ expoliauit. Cumq; nec sic virtutẽ mẽtis illius emollire valuisset: in arta illũ custodia concludẽs: collũ manusq; ei⁹ ferro ligauit. Lu.

Cepit ille emergillus rex iuuenis terrenũ regnũ despicere: ⁊ forti desiderio celeste q̃rere. Iacẽs in cilicijs vinculat⁹: oĩpotẽti deo ad cõfortãdum se preces effudit. Tantoq; sublimius gloriam transeũtis mundi despiciens: quãto ⁊ ligatus agnouerat: nil fuisse q̃d potuisset auferri. Superueniẽte aũt paschalis festiuitatis die: in tepeste noctis silẽtio: ad eũ ꝑfid⁹ pr̃ arrianũ episcopum misit: vt eius manu sacrilega cõsecrationis communionẽ ꝑciperet: atq; per hec ad patris gratiã redire mereref. Lec. iij.

Sed vir deo deditus: docẽte beato leandro exprobrauit arriano episcopo vt debuit: eiusq; ꝑfidiã a se dignis increpationibus repulit: q: si exterius iacebat ligat⁹ apud se: tñ in magno mẽtis culmine stabat securus. Ad se itaq; reuerso epõ arriano: pr̃ infremuit: statimq; suos apparitores emisit: qui constantissimũ cõfessorẽ dei illic vbi iacebat occiderẽt. Quod ⁊ factũ est. Nã mox vt ingressi sunt apparitores: securẽ eius cerebro infigentes: vitã corporis abstulerũt. Hocq; in eo valuerũt perimere: q̃d ipm̃ quoq; q peremptus est. Sed pro ostendendo verã eius gloriam superna quoq; non defuere miracula. Nam cepit in nocturno silẽtio psalmodie cantus ad corpus eiusdem regis ⁊ martyris audiri: atq; ideo veraciter regisq; ⁊ martyris gl'iam cognouerunt. Quidam etiam ferunt: ꝙ illic nocturno tẽpore accense lampades apparebant. Unde factũ est quatinus illius corpus videlicet martyris iure a cunctis fidelib⁹ venerari debuisset. Tu aũt. Lectio. iiij.

Deniq; pr̃ ei⁹ arriane ꝑfidie furore replet⁹: in catholicos ꝑsecutione cõmota: leandrũ hispalẽsẽ mausonã emeritẽsẽ: ⁊ fulgẽtiũ astigitanũ sanctissimos episcopos: ⁊ alios plurimos exilio relegauit: eccl'iarũq; redditus vi fiscauit: ⁊ preuilegia eorũ tulit: multosq; terroribus arriane pestilẽtie applicauit: plerosq; sine ꝑsecutione electos: auro rebusq; decepit. Ausus quoq; ẽ inter cetera heresis sue cõtagia catholicos rebaptizare: ⁊ nõ solũ ex plebe: sed ex sacerdotalis ordinis dignitate. Sicut vicentium cesar augustanum: quem de episcopo apostatã fecit: ⁊ tãquã a celo decidit in infernũ. Et tãdẽ rex leõegill⁹ a beato leãdro cõmonit⁹: cõmot⁹ pñia: emergillũ filiũ iterfecisse se doluit: nec tñ vsq; ad obtinẽdam anime salutem peruenit. Nam quia vera eẽt catholica

fides per beatū leādrū agnouit. Sed gentis sue timore perterri-
tus: ad hanc puenire nō meruit. Ueniens namq3 toletū celesti v2
genti iudicio: atrocissima percussus infirmitate p̄cepit filio reca
redo: vt episcopos ab exilio reuocaret. Et leādrum hispaleñ. et
eius germanū fulgentium astigitanum: qui in doctrina ecclesia-
stica fulgebāt insignes tanquam patres audiret: ⁊ eorum moni-
tis obediret. Qua videlicet comēdatione cōpleta: diē finiuit ex-
tremam. Mortuo igit̄ leonegillo factum est vt reuertentem tri
umphatorē suū leandrum leta susciperet hispania. Qui substitu
tū in regno recaredū emergilli regis et martyris fratrem in fide
catholica docuit ⁊ instruxit. Qui cōuersus ab arriāe heresis pra
uitate: nō patrem perfidū: sed fratrē sequens martyrem ita toti-
us gothice gentis pp̄los: in olim erroris labe detersa: p predica-
tionē beati leandri: ad cultū vere fidei reuocauit: vt nullū in suo
regno militare permitteret: qui regno dei per hereticam pfidiam
hostis existere nō timeret. Nec mirū si vere fidei p̄dicator factus
est: qui tantū et talē doctorē et fratrem meruit habere martyrē.

Et idē etiam beat⁹ gregori⁹ rogatu bea (Lu aūt. Lec. v.
ti leandri: librum iob mystico ac morali sensu disseruit. Scri
psit etiā beatus gregori⁹ quasdā epistolas ad beatū leandrū: ex
quibus vna eis de libris iob titulo prefationis adiūgit̄. Ait enim
Uiro reuerēdissimo ac sanctissimo fratri leandro episcopo. Gre
gorius seru⁹ seruoꝝ dei. Dudum te frater beatissime in constāti-
nopolitana vrbe cognoscēs: cum illic sedis apostolice responsa
constringerēt: ⁊ te illic iniuncta pro causis fidei gotoꝝ legatio p-
duxisset: omne in tuis aurib⁹ quod mihi de me displicebat expo
sui. Tunc inter cetera colloquia te cogēte placuit: sicut ip̄e memi
nisti: vt librū beati iob exponerē: importuna me petitione compu
listi: et prout veritas vires infunderet: tibi mysteria tante profū
ditatis aperirem. Qui hoc quoq3 mihi in honore tue petitionis
addidisti: vt nō solū verba historie per allegoriarum sensus excu
terē: sed sensum allegoriarū protin⁹ in exercitium moralitatis in
clinarem. Adhuc aliqd graui⁹ adiunxisti: vt intellectu quoq3 te
stimonijs cingerē: ⁊ prolata testimonia si simplicia fortasse vide-
rent̄ interpositione superaddidi. Ego vero prout de⁹ dedit dis-
posui: quā videlicet expositionē recēsendā tue beatitudini nō q2
vt dignā debui: s3 q2 petēti memini, pmisisse trāsmisi: in q̄ q̄dē tua
sanctitas tepidū incultūq3 reperiet: tāto mihi celerrimo indulge

at: quãto hec me egrũ dicere non ignorat. Tu autem. Lec. vj.

In alia vero quoqꝫ ep̃la: ita eidẽ gregori⁹ misit dicens. Sanctitatis tue suscepi ep̃lam: solius charitatis calamo scriptã. Ex corde eñi lingua tinxerat qđ in car te pagina refũdebat. Boni aũt sapiẽtesqꝫ viri cum legeretur affuerũt: quoꝝ stati viscera in cõpunctionẽ cõmota sunt. Cepit quisqꝫ amoris manu i suo corde te rapere: q: in illa epistole tue mẽtis dulcedinẽ non erat audire sed cernere. Accẽdebatur singuli: atqꝫ ip̃e ignis ardẽtiũ dmõstrabat: quis fuerit ardor dicẽtis. Nisi eñi prius in se faces ardeant: aliũ nõ succẽdũt. Ibi ergo vidim⁹ quãta charitate tua mẽs arserit. Uitã vero vestrã cuius semper cũ magna veneratione reminiscor: minime noueram̃ sꝫ eis altitudo v̄ri cordis patuit: ex humilitate sermonis. Uitam aũt vestrã cunctis esse mirabilẽ illa vestra epistola loquitur. Sed qđ non est ita vt dicitur: sit ita q: dicitur: nec q nõ solet mentiat̃. Sꝫ inter hec p̄pter omnipotẽtẽ deũ te deꝑcor in p̄turbationis fluctib⁹ elapsũ: tue orõnis manu me tene. Quasi eñ p̄spero flatu nauigabã cũ trãquillã vitã in monasterio ducerem. Sed p̄cellosis subito mõtibus tempestas exorta: in sua p̄turbatione me rapuit: ꝛ p̄speritatẽ itineris amisi: qete p̄ditaꝫ mẽtis naufragiũ pertuli. Ecce nũc in vndis versor: ꝛ tue intercessionis tabulã quero. Ut q nõ ui integra diues p̄uenire nõ merui: saltẽ post dãna ad littus p̄ tabulã reducar. De podagre vero molestia sanctitas v̄ra vt scribit affligitur: cuius dolore assiduo: ꝛ ip̃e vehemẽter attrit⁹ sũ. Sꝫ facilis erit cõsolatio: si inter flagella q̃ patimur: queqꝫ facim⁹ ad memoria delicta reuocam⁹. Atqꝫ hec nõ iã flagella: sed dona eẽ cõspicim⁹: si qđ carnis delectatione peccauim⁹: carnis dolore pũgamur. Preterea ex benedictione beati petri ap̃loꝝ p̄ncipis palliũ v̄o b̄ trãsmisim⁹: ad sola missarũ solẽnia vtẽdũ. Quo trãsmisso: valde debui q̃lit̃ vobis viuẽdũ eẽt admonere. Sꝫ locutione supp̄mo q: v̄ba morib⁹ ãteitis. Oĩpotẽs deus sua nos p̄tectione custodiat: atqꝫ ad celestẽ remunerationẽ patrie cũ multiplici aĩaꝝ fructu p̄ducat. Ego ãt quãta occupatione dep̄mor ꝛ debilitate breuis testat̃ ep̃la: in q̃ ꝛ ea q̃ multũ diligo parũ loquor. De⁹ te incolumẽ custodiat reuerẽdissime ff. Hinc namqꝫ beat⁹ leãder scripsit ad beatũ gregoriũ multas ep̃las: de baptismo: ꝛ de alijs reb⁹ eccl̃iasticis: ꝛ in exilij sui p̄egrinatione. Cõposuit duos libros: eruditionũ sanctaꝝ scripturarũ dissertissimos aduersus hereticorũ dogmata: in q̄bus ve

hemẽti stilo arriane ĩpietatis cõfũdit ac detegit prauitatẽ. Ostẽ-
dẽs. s. qd cõtra eosdẽ hereticos habeat catholica eccl'ia vl' q̃ntũ
distet ab eis religione vel fidei sacramẽtis. Extat ⁊ aliud lauda
bile eius opusculũ aduers⁹ arrianoꝝ instituta: ĩposit⁹ eoꝝ dictis
suã respõsionẽ opponit. Preterea ad florẽtinã sororẽ suam de in
stitutione ṽginũ ⁊ de cõtẽptu mũdi addidit libellũ vnũ: titu loꝝ
distinctionibus p̃notatũ. Si qdẽ ⁊ in eccl'iasticis officiis: idẽ non
paruo elaborauit studio. In toto ei psalterio: orõnes duplici edi-
tione cõscripsit. In sacrificiis quoqꝫ laudib⁹ atqꝫ psalmis: mul
ta dulcisona cõposuit. Scripsit quãdã ep'lam ad frẽm suũ in q̃ p̄-
monet cuiquã mortẽ nõ esse timẽdã: ad ceteros quoqꝫ ep̃os plu-
rimos ꝓmulgauit familiares ep'las: ⁊ si nõ satis splẽdidas ver-
bis: acutas tñ sentẽtiis. Iterũ ĩpe quotidie in dei seruitio corp⁹
macerauit: talẽqꝫ se in oib⁹ exhibuit: qd̓ celebre nomẽ p̄ oẽm his
paniã obtinuit. Fuit enĩ vir timore dñi plen⁹: prudẽtia sũmus: cõ
silio caut⁹. Discretionis bone p̃cipu⁹: elemosinis nimiũ deditus
In suffectu oppssoꝝ deuot⁹: iure ĩ releuatione miseroꝝ ꝓ̃ptis
simus: in interueniẽdo discret⁹: in negociis dirimẽdis strẽnu⁹: in
ꝓuidẽdis iudiciis equ⁹: in sñia parc⁹: in iudicatione iusticie sin-
gularis: in discretione laudabilis: in orõne iugis: in diuinis lau-
dib⁹ mirabilis. Qd̓ si forsitã in officiis diuinis qcquã vt assolet
difficultatis occurreret: ad corrigẽdũ facillim⁹. Omniũ eccl'iaꝝ
deffẽso: exĩmi⁹: in deffẽdẽdis subditis ꝓuigil: in cõprimẽdis sup
bis erectus: in sustẽtatione humiliũ p̄paratus. In ãplectẽdo hũi
litatis bonũ optim⁹: ac generalit̃ vniuersa moꝝ ꝓbitate cõspicu
us: ĩ pietate affluẽs vt nõ eẽt cui in angustiis cõstituto: nõ subue
nire vellet. Ita nimis charitatis exuberãs: vt nõ boni a se q̃ppiã
cuiquã postulãti ex charitate p̄stare desisteret. Sic deniqꝫ se deo
charꝝ maluit in oib⁹ exhibere: ac p̄stabilẽ se cũctis hoib⁹ oñdere
vt ⁊ ill' placeret ꝓpt̃ deũ: ⁊ oib⁹ si fieri posset deuota satisfaceret
mẽte. Tãto se nobiliũ p̃cedẽtũ viroꝝ dignis meritis coequãs: q̃n
to ab eis in nulla ṽtute extitit infim⁹. Floruit sub recaredo viro
religioso ac p̃ncipe gl'ioso: cuius etiã tp̄ib⁹ mirabili obitu morta
lis vite terminũ clausit. Die tertia id⁹ marcii. Era sexcẽtesima q̃-
dragesima: atqꝫ in eccl'ia scãrũ iuste ⁊ ruphine: in q̃ deo tota mẽte
deseruierat: ⁊ in q̃ ordinat⁹ fuerat tumulat̃. Ubi multa beneficia
meritis ipsi⁹ ⁊ scãrũ ṽginũ iuste ⁊ ruphine ĩfirmis p̄stant̃. Largi
ente dño nr̃o ihu xp̃o: q vivit ⁊ regnat p̄ oia scl'a scl'oꝝ. Amen.

In natale sācti benedicti. Lec. j.



Uit vir vite venerabilis grā benedict⁹ et nomine: ab ipso puericie sue tempore cor gerens senile. Etate quippe moribus trāsiens: nulli animū dedit voluptati. Sed dū in hac terra adhuc esset: quo tēporaliter vti potuisset: despexit iaꝫ quasi aridū mundū cum flore. Qui nobilis genere ex prouincia nursie ort⁹: rome liberalib⁹ litterarū studijs traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorū cerneret: eum quē quasi in ingressu mūdi posuerat retraxit pedē: ne siqd de sciētia eius attigeret: ipse quoqꝫ postmodū in immane ꝑcipitiū tot⁹ iret. despectis itaqꝫ litteraꝝ studijs: relicta domo rebusqꝫ patris: soli deo placere desiderās: sancte conuersationis habitū q̄ Recessit igitur sciēter nescius: ꝛ sapiē (siuit. Lu aūt. Lec. ij. ter indoct⁹. Hui⁹ ergo omnia gesta didici: sed ea que narro quattuor illi⁹ referētib⁹ discipulis agnoui. Cōstantino scilicet reuerēdissimo valde viro. Qui ei in monasterij regimine successit. Ualētiniano quoqꝫ qui annis multis lateranēsi monasterio prefuit. Simplicio q cōgregationē illi⁹ terti⁹ post eū rexit. Honorato etiā q nūc adhuc celle ei⁹ inq̄ prius cōuersat⁹ fuerat preest Hic itaqꝫ cū iam relictis litteraꝝ studijs petere deserta decreuisset. Nutrix q̄ hūc arti⁹ amabat secuta est. Lu aūt. Lec. iij.

Umqꝫ ad locū venisset qui effide dicit: multisqꝫ honestioris vite viris charitate se illic detinētib⁹. Dū i beati petri ecclesia demoraret: predicta nutrix illius ad purgādum triticū a vicinis mulierib⁹ prestari sibi capisterium petijt. Quod super mēsam incaute derelictū casu accidēte fractum est: sicqꝫ vt in duabus partibus inuen iretur diuisum. Quod mox vt rediēs nutrix illius inuenit: vehemētissime flere cepit: quia vas quod prestitū acceperat fractum videbat. Lu autem. Lec. iiij.

Enedictus aūt religiosus vir et pius puer: cū nutricē suam flere conspiceret: eius dolori compassus: ablatis secum vtrisqꝫ fracti capisterij partibus: sese cum lachrymis in oratione dedit: qui ab oratione surgens ita iuxta se vas sanū reperit: vt in eo fracture vestigia nulla inuenire potuissent. Mox aūt nutricem suam blande consolans: ei sanum capisterium reddidit: quod fractum fuerat. Que res in eodem a cunctis est agnita atqꝫ in tanta

admiratione habita vt hoc ipsum capisterium eius loci incole in ecclesie ingressu suspenderent: qualiter et presentes et secuturi omnes cognoscerent. Benedictus puer conuersationis gratiaʒ quanta perfectione cepisset. quod annis multis illic ante oculos omnium fuit: et vsq; ad tempora longobardorum super fores ecclesie pependit. Tu autem. Lec. v.

Sed beatus plus appetens mala mundi perpeti quã laudes: atq; pro deo laboribus fatigari: quam vite huius fauorib⁹ extolli: nutricem suam occulte fugiẽs deserti loci secessum petijt cui sublacus vocabulum est: qui a romana vrbe quadraginta fere milibus distat: ꝛ frigidas atq; perspicuas emanat aquas. Que illic videlicet aquarum abundantia intenso pri⁹ lacu colligitur et ad postremum vero deriuatur. Quod dum fugiens pergeret: monachus quidã nomine romanus hunc eundẽ reperit: quo tenderet requisiuit. Cuius cũ desideriũ agnouisset et secretũ tenuit et adiutorium impendit: eiq; sancte cõuersationis habitũ quesiuit: ac tradidit et in quãtuʒ licuit ministrauit. Tu aũt. Lec. vj.

Vir antẽ dei ad eundẽ locũ perueniens in artissimo se specu tradidit: tribusq; annis excepto romano monacho omnibus incognitus mansit. Qui videlicet romanus non longe in monasterio sub dicti patris regula degebat. Sed pie eius deʒ patris sub oculis furabatur horas: et que sibi ad manducandum subripere poterat: diebus certis benedicto panẽ ferebat: ad eundẽ vero specum a romani cella iter non erat: quia excelsa desuper rupis eminebat. Sed ex eadẽ rupe in longissimo fune ligatum: roman⁹ deponere panẽ consueuerat. In qua etiam resti paruũ tintinabulum inseruit: vt ad sonũ tintinabuli vir dei cognosceret quãdo sibi romanus panem ꝓbebat: quem exiens acciperet. Tu autem.

In ãnũciatiõe sãcte marie. Lec. j.



Adest nobis dilectissimi optatus dies: beate ac venerabilis semper virginis marie. Ideo cum summa exultatiõe gaudeat terra nostra: tãte virginis illustrata conceptu. Hec enim est flos campi de quo ortum est preciosum lilium cõuallium. Per cuius partum mutatur natura: plasmatorumq; deletur et culpa: precisum est in ea illud eue infelicitatis eulogiũ quo dicit: in tristitia paries filios: quia ista in leticia dñs

parturiuit. Eua eni luxit: ista exultauit. Eua lachrymas: maria in
vētre gaudiū portauit. Quia illa peccatorē: ista edidit inocentē.
Uirgo q̄ppe genuit: q2 virgo cōcepit: inuiolata peperit: q2 in con-
ceptu libido nō fuit. Ubiq3 miraculū: 7 sine corruptione grauida
et in ptu virgo puerpera. Aue inqt angel9 ad eā gratia plena: do
minus tecum. Tu autem. Lectio. ij.

IMpleta est ergo gratia: 7 euacuata est culpa. Maledictio
eue in benedictionē mutatur marie. Aue gratia plena: domi-
nus tecum. Tecum dominus in corde: tecum in ventre: tecū in
vtero tecū in auxilio. Idcirco gratulare beata virgo: xp̄s ex so
lio suo venit i vterū tuū. Ex sinu patris: in vterū dignat descen
dere matris. Benedicta inqt tu in mulierib9: q̄ vitā et viris 7 mu
lierib9 peperisti. Mat generis nr̄i penā intulit mūdo: genitrix
dn̄i nr̄i vitā attulit mūdo. Auctrix peccati eua: auctrix meriti ma
ria. Eua occidēdo obfuit: maria viuificādo p̄fuit. Percussit il
la: sanauit ista. Preuaricatio enim in obediētiā cōmutat: fides
p̄ perfidia cōpensatur. Leta igit maria gestat infantē: exultans
amplexat filiū: portat a quo portat. Tu. Lectio. iij.

NEc fortnitu vt fingūt sabelli peperit paruulū: sed decursis
nouē mēsib9 peperit xp̄m. Plaudat nūc organis maria: 7 in
ter veloces articulos tīpana puerpere cōcrepēt. Cōcinant letan
tes chori: 7 alternātib9 modulis dulcisona carmia misceāt. Au-
dite igit queadmodū timpanistria nr̄a cantauerit. Ait enī. Ma
gnificat anima mea dn̄m: et exultauit spirit9 me9 in deo salutari
meo. Quia respexit humilitatē ācille sue: ecce enī ex hoc beatā
me dicēt omnes generationes. Quia fecit mihi magna: qui potēs
est et sanctū nomē ei9. Causā igit preuaricationis eue: nouū mira
culū: virgialis part9 euicit: 7 eue plāctū: marie cāt9 exclusit. De-
niq3 post illi9 benedicibile p̄sagiū: dū tacita secū virgo mētis al-
tercatione cōfligit: qualis esset ista salutatio: nūci9 iterū celestis
exequit. Ne timeas maria: inuenisti gratiā apud dominū. Ecce
concipies i vtero: et paries filiū: 7 vocabis nomē ei9 iesum. At il
la. Quomodo inqt fiet istud quoniā virū nō cognosco? Et ange
l9 ad eā: spirit9 ait sanct9 supueniet in te: 7 virt9 altissimi obūbra
bit tibi. Ideoq3 qd̄ nascet ex te sctū vocabit filius dei. L. iiij.

IAm audisti quomodo fiet: quia spiritus sanctus superueniet
in te: vt prolem gignas: et virginitatē non amittas: filium p-
feras, et post partum incorrupta permaneas. O beata maria se-

culum omne captiuum: tuum deprecatur auxilium: quia te deus sue fidei obsidem fecit. Noli morari virgo nuncio festinanter responde verbum: ꝛ suscipe filiū. Da fidem: et senti virtutē: ait maria. Ecce inqt ancilla domini: fiat mihi secūdum verbū tuū. Nec mora: reuertitur nuncius: et virginalē talamū igreditur xp̄s. Efficitur pregnās beata genitrix et cūcta p secula p̄dicatur. Hec felix concepit mox ad credulitatē verbi virilis ignara consortij. Impletur vterus: nullo humano pollutus amplexu. Extat itaqꝫ virgo cū concepit: virgo grauida: virgo cū peperit: et virgo post partum. O quam preclara virginitas: quam gloriosa fecūditas. Exultat maria et matrē se leta miratur: et spiritu sancto se impregnataꝫ gaudet. Nec quia peperit innupta terretur: sed quia genuit: cum exultatione miratur. Lu. Lec. v.

GAudeamus ergo et nos fratres in die tante virginis: que dū desponsaretur fabro: celi nupsit architecto. Promittitur ei filius dei permissionē sancti spiritus. Hec illa audiens gaudet: cupitqꝫ effici mater. Quid igitur mirum si sine corruptione concipitur? Non enim decebat: vt ille qui nobis afferebat salutem et matri preriperet dignitatem. Nam qui terra: mari: celoqꝫ nō capitur: intra vnius corpusculi mēbra suscipitur. Hec est enim illa nouitas hieremie prophete vaticinio prenunciata. Faciet inquit nouum deus super terraꝫ: femina circundabit virū. O femina super feminas benedicta: que virum omnino non nouit: et virum suo vtero circūdedit. Circūdat virum maria: āgelo fidē dando: quia eua perdidit virum serpenti consentiendo. Salutat angelus puellam: viri salutationis ignaram. Terretur virgo nouitate verborum: ad quam angelus quod superius pretulimus dixit. Ne timeas maria: inuenisti gratiam apud dn̄m. Lec. vi.

NE inquit a conspectu meo mater domini mei terrearis: ego cōceptiōis tue minister adueni: nō vt virginitatē amitteres interueni. Ipse me misit ad te qui est nasciturus ex te. Concipies enim: et paries filium: non cuiuslibet meriti hominem sed totius seculi saluatorem. Recole maria in libro isaye prophete virginē quam parituram legisti: et gaude atqꝫ exulta: q2 tu esse meruisti. Tu ibi p̄figurata es v̄go tu cōcipies i vtero: nō de viro sꝫ de spū sancto: ꝛ grauida eris ꝛ icorrupta manebis. Paries quidem filiū: ꝛ virginitatis nō patieris deti mētū. efficieris grauida: ꝛ eris mater semꝑ intacta. Senties pondera vētris: ꝛ pudorē nō perdes

castitatis: intumescent vbera tua: ⁊ itacta manebūt gēitalia tua. At illa dixit. Ecce āncilla dn̄i fiat mihi secūdum verbū tuū. O felix obediētia. O insignis grā q̄ dū humiliter fidē dedit celi opificē concipere meruit. Impleuit in ea dn̄s: qđ dudū predixerat. Obedientiā malo: quā sacrificiū: ⁊ scientiā dei plusquam holocaustum. Tu autem. Secundū lucam.

IN illo tēpore: Missus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomē nazareth ad virginē desponsatam viro: cui nomē erat ioseph de domo dauid: et nomē v̄ginis maria. Et reliq̄.

Omelia beati gregorij pape. L. vij.

IDcirco angeli p̄uatis nominib⁹ cēsentur: vt signētur per vocabula: etiam in operatione q̄d valeāt. Neq̄ȝ eteni in illa sācta ciuitate: quā de visione omnipotentis dei plena sciētia perficit: idcirco ꝓpria nomina sortiunt̄: ne eoꝝ ꝑsone sine nominibus sciri nō possint. Sed cū ad nos aliq̄d ministraturi veniūt: apud nos etiā a ministerijs nomina trahūt. Ad mariā ergo virginē gabriel mittit̄: q̄ dei fortitudo nominat̄. Illum q̄ppe nūciare veniebat q̄ ad debellādas aereas potestates: humilis apparere dignatus est. de quo psalmista. Domin⁹ fortis ⁊ potēs: domin⁹ potens in prelio. Et rursum. Dn̄s virtutū ip̄e est rex gl̄ie. Tu. L. viij.

PEr dei ergo fortitudinē nūciandus erat: q̄ virtutū dn̄s et potens in prelio: cōtra potestates aereas ad bella vēiebat. Mēsem autē sextū martiū intellige: cui⁹ vicesimo quīto die dn̄s noster ⁊ cōceptus est: tradit⁹: et passus: sicut ⁊ vicesimo quinto die mensis decēbris nat⁹. Quod si vl̄ hodie vt nonnulli arbitrantur: equinoctiū vernale vl̄ in illo solsticiū brumale fieri credam⁹ cōuenit vtiq̄ȝ cū lucis incremēto cōcipi: vel nasci eū q̄ illuminat omnē hominē veniētem in hūc mūdum. Ac siquis ante dominice natiuitatis ⁊ cōceptionis tēpus lucē vel crescere: vl̄ tenebras superare conuicerit: dicim⁹ ⁊ nos q̄ȝ ⁊ ioānes tūc āte faciē aduentus ei⁹ regnū celoꝝ euāgelizabat Et nūc quoq̄ȝ p̄dicatorib⁹ imperat̄: iter facere q̄ ascendit per occasum. Tu. Lec. ix.

QUm autē ioānes circa equinoctiū autūnale sit concept⁹ circa solsticiū estiuū sit natus: docet ip̄e q̄ vel ex sua vl̄ ex veteris testamēti vl̄ vt m̄lti autumāt ꝑsona loq̄t̄. Illū oportet crescere: me aūt minui: ad v̄ginē despōsatā viro cui nomē erat ioseph de domo dauid: ⁊ nomē v̄gis maria. Mītas ob causas saluator nō de sīplici v̄gīe s̄ȝ d̄spōsata voluit nasci. Primo videlicet vt ꝑ

generatione ioseph: cuius maria cognata erat: marie quoqz mon strareĩ origo. Neqz eni moris ẽ scripture: feminarũ genealogiaz tenere. Nã ⁊ de vtroqz potest intelligi: qd dicit de domo dauid Deinde ne velut adultera lapidaret a iudeis malens aliquas de suo ortu: quã de pudore dubitare parẽtis: simul ⁊ virginibus ipudicis occasionẽ tollens: nec matrẽ quoqz saluatoris dicerẽt falsis suspicionibus infamatã. Tercio vt egyptũ fugiẽs ⁊ rediẽs: haberet solatiũ viri qui integerrime virginitatis custos pariter ac testis existeret. Quarto vt partus eius diabolo celaretur: qui si eũ de virgine natũ cognosceret quasi ceteris hoibus eminẽtiorem morti tradere timeret. Tu autem.

In festo sancti ambrosij. Lec. j.



Situr posito in administratione pfecture galliarũ patre eius ambrosio: natus est ambrosius. Qui infans in area pretorij in cuna positus: cũ dormiret apto ore subito examẽ apũ adueniens: faciẽ eius atqz ora compleuit: ita vt ingrediendi in os egrediendiqz frequẽtarẽt vices. Que pr cũ videret prope euz matre timẽtibus ⁊ filia deãbulat: ne ab ãcilla abigerentur: que curã nutriendi in fantis susceperat phibẽs: sollicita eni erat ne infanti nocerent: expectabat tñ patrio affectu: quo fine illud miraculum clauderetur. Tu autem. Lectio. ij.

Et ille apes aliquandiu euolantes: in tantam aeris altitudinem subleuate sunt: vt humanis oculis minime viderentur. Quo facto territus pater ait. Si vixerit infantulus iste: aliquid magni erit. Operabatur iam enim tunc dominus in seruuli sui infantia: vt impleret quod scriptũ erat. Fauus mellis: sermões boni. Illud eni examen apum: scriptorum ipsius nobis generabat fauos: q celestia dona annuciarẽt: ⁊ mentes hominũ de terrenis ad celum erigerent. Postea vero cum adoleuisset: ⁊ esset in vrbe roma constitutus cũ matre vidua ⁊ sorore: que virginitatem iam fuerat professa comite alia virgine: cuius virginis soror candida ⁊ ipsa erat eiusdem professionis: que nunc cartagine degit: iam anus cum videret sacerdotum a domesticis sorore vel matre manus osculari: ipse ludens offerebat dexteram dicens: ⁊ io sibi ab eis fieri oportere: siquidem episcopum se futurum cõmemorans.

Loquebat enī in illo sp̄us sanctus: q illū ad Le. iij.
sacerdotiū nutriebat. Ille vero vt adolescētē z nescientē qd
diceret respuebant. Sed postq̄ edoctus est liberalibus disci-
plinis ex vi be egressus est. Professusq; est in adiutorio p̄fecti
re ptorij: ad cōsiliū tribuēdū. Postquam cōsul aritatis suscept.
insignia: vt regeret liguriā emiliamq; prouincias venit mediola-
nū. Per idem tempus mortuo ausencio arriane p̄fidie episcopo
z dionysio beate memorie cōfessore ad exiliū destinato cui incūbe
bat eccl'ia: cū popul' ad seditionē surgeret in petēdo ep̄o: essetq;
illi cura sedande seditionis ne populus ciuitatis in periculū suū
verteretur: perrexit ad eccl'iam. Ibiq; cū alloqueretur plebem:
subito vox fertur infantis in populo sonuisse: ambrosiū esse epis
copum. Itaq; quia antea turbulētissime dissidebant: q: z arriani
sibi z catholici episcopū cupiebāt: superatis alterutris: ordinari
repente hunc vnū mirabili z incredibili cōcordia consenserunt.
Quo ille cognito egressus eccl'iā: tribunal sibi pari fecit. Quip-
pe mox futur' episcop' altiora contendit. Tunc contra consuetu
dinē suam: tormenta personis iussit exhibere. Quod cū faceret:
populus nichilomin' acclamabat: peccatū tuū super nos. Sz nō
similiter is populus tūc clamauit: sicut populus iudeorum. Illi
enim vocib' suis sanguinē dominicū effuderūt dicētes. Sāguis
huius super nos. Isti vero catecuminī sciente s: illi peccatorum
omniū p̄ baptismatis gratia promittebant. Tu autem.

In natale sanctorum tiburcij z valeriani z maximi martyrū. Lectio. i.



Ome natalis beatorū martyrū tiburcij z valeri-
ani z maximi. Quem videlicet valerianū cū ha
beret beata cecilia spōsum: cōuertit ad dn̄m ostē
dens ei angelū dn̄i Quem videns valerian' pe-
tiuit ab eo: vt p̄ ip̄m dignaretur dominus fratrē
suum lucrari tiburtiū: sicut z ipse lucratus erat p̄
sponsam suam ceciliam. Quod z p̄stitū est. Hos vero fratres
baptizauit sanct' papa vrbanus: z instruxit in fide: similiter z be
ata Cecilia. Eo vero tempore dum hec agerentur: turgius alma
chius vrbis rome prefectus: sanctos dei fortiter laniabat: z ibu
mata eorum corpora relinqui iubebat. Tiburtius vero z valeria
nus ad hoc vacabāt quotidie vt preciosas martyrum facerent

sepulturas elemosinis etiã ⁊ pietatibꝰ insistẽtes. Lu. Le. ij.

Hec ⁊ alia religionis opa faciẽtes tenti ab appitoribꝰ: almachio presẽtant. Quos ptinꝰ almachiꝰ his aggressus est verbis dicens. Cũ vos nobilitatis titulus clarissimos fecerit nasci. Cur nescio p quã supstitionẽ ifelices vos ⁊ degeneres exhibet? Nã facultates vr̃as audio iã i(nescio q̃s) viles psonas expẽdẽdo cõsumare: ac p scelerib' suis punitos vos cũ oĩ gl'ia tradere sepulture. Uñ datur intelligi q̃d cõscij vr̃i sunt: q bus pcõiurati one hõestas exhibuistis sepulturas. Rñdit tiburtiꝰ. Utinã ingt dignaret' nos vt suos suos cõputare: quos eẽ extimasti collegas Qui cõtẽpserũt q̃d videt' eẽ ⁊ nõ est: ⁊ inuenerũt illud q̃d nõ videtur eẽ ⁊ est. Cũq3 multis respõsionibꝰ eũ tiburtius deuicisset: iussit amoueri tiburtiũ ⁊ adduci valerianũ dicens ad eũ. Quia nõ sani capitis est fr̃ tuus: saltẽ sapiẽter da tu responsum. Cui valeriaꝰ audit' tuꝰ errorẽ patit' q: vim sermõis nr̃i nõ potest ĩtueri.

His vero sermonibꝰ ⁊ fratris sui cõuictus pre- Le. iij. sens: ⁊ ob deorũ iniuriã accẽsus: iussit eum fustibus cedi. Ille vero statĩ vt exutus est cepit gaudere dicẽs. Ecce hora quã semper optaui. Ecce dies ol festiuitate mihi iocũdior. Cũq3 cederet' vox pconis sup eũ clamabat dicens. Deos ⁊ deas: noli blasphemare. Ille aũt clamabat populo dicens. Ciues romani: videte ne vos a veritate ista mea tormẽta reuocent. Sed state viriliter ⁊ deos lapideos quos colit almachius: in calcẽ cõuertite. Tũc assessor pfecti tarquiniꝰ: dixit prefecto. Inuenisti occasiõẽ: tolle eos Nam si moras feceris: ⁊ de die in diẽ ptraxeris: omnes facultates suas erogabunt. Tũc almachius iussit carnificibus vt ab eis ducerẽtur ad pagũ: vbi erat statiuncula iouis. Et iussit vt si noluissent sacrificare: ambo fr̃es parit' sñiam capitalẽ exciperẽt.

In natale sci Georgij. Lectio. i.



In tpibus illis: cũ excitasset diabolꝰ regem datianũ aduersus xp̃ianos: ecce georgius fidelis xp̃i ex prouicia capadocie: militans in ptorio: accipiens secum pecuniam: venerat vt sibi emeret prefecturam. Et videns persecutionem xp̃ianorũ: pecuniã quã habebat paupibꝰ erogauit: ⁊ ingressus corã rege clamauit dicẽs. Cõminatiões vr̃as omittite o rex: ⁊ eos q nõ sunt dij nolite nomiare. Respiciens aũt rex i eũ di-

xit. Imperit⁹ es vt video: q2 deos immortales ad iniuriā dedu-cis. Lc. ij.
Gorgius dixit. Diis qbus me cogis et xpia-nos sacrificare nō sacrifico: q2 nō sunt dij: sed idola surda z muta. Tunc irat⁹ rex iussit eū fustib⁹ extensum fortiter cedi: et re uocatū in carcerē mitti in ligno precepit: quousq3 cogitaret qua-lib⁹ eū pēis affligeret. Alia aūt die sedēs p tribunali iussit illū an te tribunal adduci: z crudelit̄ carnes ei⁹ exterminari. Tūc iussit cassidē ferream ignitā sup caput eius vngulis ferreis tradi: ita vt interiora eius apparerent. Lec. iij.

Lampades etiā ardentes: iussit laterib⁹ ei⁹ supponi: ita vt do lorē ferre nō posset. Tunc aspiciēs in celū sanct⁹ georgi⁹: et clamās ad dominū emisit spiritū. Tunc iussit rex corpus ei⁹ i mō tem excelsū lōgi⁹ proijci: dicēs. Veniāt volatilia celi z bestie ter re et deuorēt carnes ei⁹ vt nihil inueniāt. de eo xpiani qd p deo adorent. Cūq3 corp⁹ eius deportatū fuisset in mōtem qsi stadijs viginti. factū est tonitruū magnū: ita vt loc⁹ mōtis moueret: fa-cta est vox de nube dicēs. Exurge puer me⁹ georgi de somno. Et statim eadē hora surrexit z seqbat̄ post ministros: clamās z dicēs Sustinete me modicū. Respiciētes autē post se ministri: viderunt sanctum georgiū seqntē eos. Et statim ceciderūt ad pedes eius flentes et dicentes. Serue dei altissimi: da nobis signaculum vt credamus in deum. Tu autem.

In natale sācti marci euangeliste.

In illo tēpore: dixit iesus discipulis suis. (Scđm. lucam. facili⁹ est camelū p forame acus trāsire quā diuitē intrare in regnum celorum. Et reliqua.

Omelia ex dictis sancti gregorij. Lec. j.



Oc dicto ostendit̄ nō difficile eē s3 impossibile. Si eni quomō camel⁹ nō potest itrare p foramē ac⁹: sic diues nō potest itroire i regnū celoz: null⁹ di uitū saluus erit. Sed si legam⁹ isayā quomodo cameli madiā z effa: veniēt ad hierusalē cū dōis atq3 munerib⁹: et q pri⁹ curui erāt z viciorū pra-uitate distorti ingredient̄ portas hierusalē: videbim⁹ quomodo et isti cameli quibus diuites comparantur. Cum deposuerint grauem sarcinam peccatorum cum totius corporis grauitate in-trare possunt per angustā et artā viā q ducit ad vitā. Lec. ij.

Tunc respondit petr⁹ ꝛ dixit. Ecce nos reliqmus oia ꝛ secuti sumus te. Dixit ei: vade: vēde oia ꝛ reliq̄. Sensus igit̄ iste est q carnalia ꝑpter deum dimiserit: spiritualia accipiet. Que cōparatione ꝛ merito sui ita erunt: quasi paruo numero cōparetur centenarius numer⁹. Moraliter vero qui reliquerit: ecce camel⁹ p foramē acus. Domū ꝛ frs: mūdū ꝛ vicia. Sorores ꝛ patrē: volūtates ꝛ diabolum. Matrē ꝛ vxorē: gētilitatē ꝛ oēm carnalitatē. Propter nomē meū. Nō p vim rapta: sꝫ sponte dimissa cētuplū accipiet: ꝛ vitam eternam possidebit: sicut apostolis dictū est sedebitis super duodecim sedes. Et reliqua. Siue cētuplū accipiet i p̄senti: q: qui reliquerit patrē: aut frs propter deū habebit omnes credētes fratres sibi: ꝛ vitam eternam possidebit: quia presentem vitā propter deum reliquerat. Tu autem. Lectio. iij.

Hec ē corona duplex cuius dimidiū vltra celum positum est in regno: ꝛ aliud infra habetur in terra: sicut ꝛ hierusalē i latere montis syon erat posita: alia muri porta in mōtis excelso: ꝛ alia dependēte in ima conuallis. Multi eni erunt ꝑmi nouissimi ꝛ nouissimi ꝑmi. Qui reliq̄rit domū: ac si diceret multi veniēt ad me ꝑmi relinq̄ntes sua: sꝫ iterū reuertētur: vt fiāt nouissimi ꝑmi ꝛ ꝑmi nouissimi. Sunt inqt alij q nūc veniunt vt nouissimi: sꝫ postea veniūt vt fide primi sint. Siue q ꝑmi apud hoies: ꝛ magni in honore viri: erunt nouissimi in operibus veritatis nō relinquentes diuitias suas. Siue hoc inter duos apostolos: inter iudā ꝛ mathiā: ꝛ inter ipsum iudā ꝛ paulū accipitur. Per idem tempus quo dispersi erāt apostoli toto orbe terrarū: contigit beatissimū marcū ad egypti regionē diuina volūtate pertingere. Unde eū euāgelistā eē sancti canones catholici ꝛ apostolici decreuerūt. Propterea q primus in tota egypti regione i libia: armenie: ꝛ armoniace: ꝛ pentapoli p̄dicauerit euāgeliū: ꝛ aduētū dn̄i nr̄i ꝛ saluatoris iesu xp̄i. Erāt eni cūcti q in his terris habitabant incircūcisi: ꝛ idolis seruiētes: suffocata edētes: ꝛ diuerticula ac del ubra simulacraq̧ fabricabant Execrationes etiam nefandissime: ac maleficia oia v̄tutib⁹ cōtraria apud eos vigebant: que dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s aduētu suo dispdidit atq̧ destruxit. Cū ergo venerabilis euāgelista marcus cyrenē q̄ est apud pētapoli pueheretur: erant illic secūdū gen⁹ eiusdē regionis indigene. His apostol⁹ faciens exordiū diuini sermonis: infirmos sanabat: sp̄us multos neq̄ssimos per gratiā xp̄i: solo sermone expellebat. Plurimi per eum in dominum iesum christum cre

diderunt: ꝛ destruentes idola sua quibꝰ seruiebant. Lucosq́ʒ suc cidentes: baptizati sunt in nomine patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti. De hinc etiam reuelatur ei per spiritū sanctū: ad fratres alexandrie debere pergere: ꝛ ferre bonum semen diuini sermonis. Tu aūt.

In natale sancti cleti.

Secundum Joannem.



N illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera ꝛ pater meꝰ agricola est. Et reliqua.

¶ Ex dictis sancti augustini. Lc.i.

Iste locus euangelicus fratres vbi se dicit dominus vitem: ꝛ discipulos suos palmites. Secundum hoc dicit ꝙ est caput ecclesie nosq́ʒ membra eius: mediator dei ꝛ hominū hō christus iesus. Unīꝰ quippe nature sunt vitis ꝛ palmites. Propter quod cū esset deus: cuius nature non sumus: factus est homo: vt in illo esset vitis humana natura: cuius ꝛ nos homines palmites esse possumus. Uitis tamen dicitur per similitudinē: nō per proprietatem: quēadmodum dicitur ouis: leo agnus petra lapis angularis: ꝛ cetera huiusmodi: que magis ipsa sunt vera ex quibus dicuntur iste similitudines: nō ꝑ proprietatē. Sed cum dicit ego sum: ab illa se vtiq́ʒ discernit: cui dicit. Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Nā quo pacto est vitis vera: que expectata ē vt faceret vuas: fecit autē spinas: ꝛ pater meus agricola est. Nunquid vnum sunt agricola ꝛ vitis? Secundum hoc ergo vitis est xp̄s: secundū quod ait: pater maior me est: secundum id autem quod ait ego ꝛ pater vnum sumus: ꝛ ipse agricola est. Tu autem domine. Lectio. ij.

Nec talis est quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium: sed talis vt det etiam intrinsecus incrementū. Deniq́ʒ cum de patre tanquam de agricola dixisset quod infructuosos palmites tollat: fructuosos autem purget: vt plus afferant fructum: continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens: iam vos inquit mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Neq́ʒ eni nisi mūdi essent: fructuʒ ferre potuissēt Et tamen omne quod fert fructum purgat agricola: vt fructum plus afferat. Fert fructū qꝛ mūdus est atq́ʒ vt plus afferat purgatur adhuc. Quis enim est in hac vita sic mundus: vt non sit ma-

gis magisq3 mundandus? Mundet itaq3 mūdos hoc est fructuosos: vt tanto sint fructuosiores: quanto fuerint mundiores. Sequitur. Manete in me: et ego in vobis. Uitem se superius dixit iesus: et discipulos suos palmites: et agricolam patrem: nūc etiam adhuc de seipso qui ē vitis: et de suis palmitibus hoc est discipulis loquēs: ait. Manete in me: et ego in vobis. Non eo modo illi in ipso: sicut ille in illis: vtrumq3 enim prodest non ipsi sed illis. Ita sunt quippe in vite palmites: vt viti non conferant: sed inde accipiant vnde viuant. Tu autem. Lectio. iij.

Ita vero vitis in palmitib⁹: vt vitale alimētū subministret eis: non vt sumat ab eis. Ac per hec manentem in se habere xp̄m: et manere in christo discipulis prodest vtrumq3 non christo. Nam preciso palmite potest ex diuia radice: ali⁹ pullulare. Qui aūt p̄cisus est: sine radice non potest viuere. Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso nisi manserit ī vite: sic nec vos nisi in me māseritis. Qui enim a semetipso fructū existimat se ferre ī vite nō est. Idest: in christo non est. Qui in xp̄o non est xp̄ianus non est. Hinc etiam videamus quid adhuc veritas adiungat: et dicat. Ego sum inquit vitis: vos palmites: qui manet in me: et ego in eo: hic fert fructum multū: q2 sine me nihil potestis facere. Nec quisquā putaret saltem parum aliquem fructum posse a semetipso palmitē ferre: cum dixisset: hic fert fructum multum: non ait quia sine me parum potestis facere. Sed nihil potestis facere. Siue ergo parum siue multum: sine illo fieri non potest: sine quo nihil fieri potest. Quia et si parum attulerit palmes eum purgat agricola: vt plus afferat. Tamen nisi in vite manserit: et vixerit de radice quātumlibet fructum a semetipso non potest ferre. Quamuis autem xp̄s vitis non esset: nisi homo esset tamen istam gratiā palmitib⁹ non preberet nisi deus esset. Tu autem.

In natale sancti Uitalis martyris. Lectio. i.



Apud rauēnam natalis sancti Uitalis martyris patris sanctorum Geruasij et Protasij: qui militans cum paulino iudice rauēnam ingressus ē. Et cum videret in conspectu iudicis sui christianum nomine vrsicinū arte medicū nati-

one ligurium: post nimia tormēta capitalem accepisse sentenciā: et cū iā veniret ad palmam expauisse: exclamauit. Noli noli vrsicine medice: q alios curare consueuisti: te ipsum eterne mortis iaculo vulnerare: et q per passiones nimias venisti ad palmā: coronā perdere a dn̄o preparatā tibi. Atq₃ martyriū cōsumauit: idem vrsicinus: statim beatus vitalis corpus eius rapiēs: intra rauēnam vrbē sepeliuit. Ad iudicem ipse venire cōtemnens: tentus est a paulino cōsulari. Ob hoc maxime quod prefatum vrsicinū in passionis agone positum: suis exhortationib⁹ roborasset. Lu. Lec. ij.

Post eculei vero tormenta iussus est produci ad palmam. Locus aūt vbi decollabantur xp̄iani hoc habebat vocabulum eo quod arbores āti que palme illic essēt. Et facta fouea quousq₃ inueniretur aq̄: ibi resupinus posit⁹: terra ac lapidibus est oppressus. Coniunx quoq₃ valeria cū reuerteretur ad vrbem mediolanēsium silnanū sacrificantem incurrit. Cumq₃ eam deponētes sauinario hortarētur de idolatitis mādūcare: nec sibi omnino licitū esse testaretur: quia eēt xp̄iana: nimia ab eis cede mactata est. Et vix semiuiuam eam sui homines ad mediolanensium vrbem perduxerunt: que infra biduum migrauit ad dn̄m. Lu. Lec. iij.

Item alexandrie sancte theodore virginis: que sacrificare cōtemnens in lupanar tradita est: ac miro dei fauore erepta est: astante quippe iam ad ostium celle multitudine iuuenum impudicor: repēte quidam ex fratribus didimus nomine plenus fide diuinitus inspiratus sumpto militari habitu: primus in lupanar irruit: et facte virgini cur venisset exponens: illi militares exponit exuuias: ipse virginali veste iduitur. Sic virgo egressa et a nullo agnita ac in ciuitatem fugiens euasit. Didimus presidi exhibitus et omne factū constanter exponens: se esse xp̄ianū cōfessus abscisso capite morti tradit⁹ ē. Beata quoq₃ theodora que pro tuenda integritate ex lupanari fugerat: amore corone cōtinuo ad studiū regressa: simul cū didimo percussa: et similiter est coronata. Eodem die affrodisij. carisij. agrapij. et eusebij martyrū. Item pānonie: (sancti pollicionis martyris. Tu autē.



In natale scōrū philippi et iacobi apostolorum. Secundū ioannem.

In illo tempore: dixit dn̄s iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum: neq₃ formidet. Cre-

ditis in deū: ⁊ in me credite. In domo p̄ris mei mās̄iões multe sūt.

¶ Ex dictis sancti augustini. Lectio. i.

Erigenda nobis est fratres charissimi ad deū maior intentio: vt verba sancti euangelij que modo in nostris auribus sonuerunt: etiam mēte capere vtcunq̨ possimus. Ait enim dn̄s iesus xp̄s. Non turbetur cor vestrum: creditis in deū: ⁊ in me credite. Ne mortē tanquam homines timerent: ⁊ ideo turbarentur consolatur eos etiam deū se esse contestans. Consequens est enim vt si in deum creditis: ⁊ in me credere debeatis. Quod non esset consequens si xp̄s non esset deꝰ. Sed quid est quod sequitur: in domo patris mei multe mansiones sunt quia ⁊ ibi metuebant vnde audire debuerunt non turbetur cor vestrum. Quis enim eorum non metueret: cum petro dictum esset fidētiori atq̨ promptiori: nō cantabit gallus donecter me neges. Tu autem. Lec. ij.

Tanquam ergo essent ab illo partituri merito turbabantur: sz cum audiunt in domo patris mei mansiones multe sunt: si quo minus dixissem vobis: q2 vado parare vobis locū: a perturbatione recreantur: certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud deū cum xp̄o eē mansuros. Quia ⁊ si aliꝰ est alio fortior: alius alio sapiētior: alius alio iustior: in domo patris mei multe mansiones sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo: vbi mansionem pro suo quisq̨ accepturus est merito: vt quoniam deus charitas est per charitatem fiat: vt quod habent singuli: commune sit omnibus. Sic quisq̨ enim etiam ipse habet: cū amat in altero: quod non ipse habebat. Nō erit itaq̨ aliqua inuidia imparis charitatis. Et si abiero inquit ⁊ preparauero vobis locum: iterum venio ⁊ accipiam vos ad me ipsum: vt vbi ego sum: ⁊ vos sitis: ⁊ quo ego vado scitis: ⁊ viam scitis. Tu autem. Le. iij.

Quomodo vadit ⁊ parat locū: si iā multe mansiones sunt? Si quo minꝰ dixisset vado parare: aut si adhuc parandū ē cui nō merito dixisset vado pare. An iste mās̄iões sūt pande sūt. Si quo minus essent dixisset vado parare. Et tamen quia ita sunt: vt parande sint. Sed si abierit: ⁊ parauerit sicut future sunt: iterum veniens accipiet eos ad se ipsum: vt vbi est ⁊ ipsi: sint ipsi ī domo patris. Quomō ergo mansiones in domo patris mei? Non alie sed ipse. Et si necdum iam sunt sicut parande sunt. Quomodo putamus: nisi quomodo etiam propheta predicat dominum: qui facit

que factura sunt. Ergo et facit ea: et facturus est ea. Nam neque facta sunt si ipse non fecerit. Fecit ergo ea predestinando: factur⁹ est operando. Sicut discipulos quando elegit satis indicat euangelium. Tunc vtique quādo eos vocauit: et tamen ait apostol⁹. Elegit nos ante mundi constitutionem. Predestinando vtique nō vocando. Quos autem predestinauit: illos et vocauit. Elegit predestinando ante mundi constitutionem elegit vocando ante mundi consumationem. Sic et mansiones quas preparauit has preparat nec alias sed quas ꝑparauit has preparat qui fecit q̄ factura sūt quas preparauit predestinando: preparat operando. Tu autem.

In festo sancti Athanasii episcopi.

Lectio. i.



Atale sancti patris nostri Athanasij alexandrie vrbis episcopi et confessoris: qui multas Arrianorum perpessus insidias: quadragesimo: et sexto āno sacerdotij sui post multos agones: multasque patiētie coronas: genuit in pace. Is sacris in ieiunijs et ecclesiasticis negocijs: appͥme vigilās fuit. Huius ergo et a puero īstitutio: tali modo narratur. Tempore quo apud alexandriam petrus martyr et episcopus alexandriam regebat cum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino: videt eminus turbā puerorum super ora maris ludum immitātium: quod fieri solet ꝑ episcoporum: atque ea que in ecclesijs geri mos est. Sed cum intentus diutius pueros inspectaret: videt ab his geri quedam etiā secretiora et mixta. Tu autem.

Lectio. ij.

Perturbatus illico vocari ad se clericos iubet: atque eis quid eminus ipse viderat ostendit. Tunc abire eos et comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumque adessent. Quis eis ludus et quid egissent vel quomodo percuntantur. Illi vt talis habet etas pauidi: negauerunt primo. Deinde rē gestā per ordinem pandunt: et baptizatos esse quosdam: cathecuminos quosdam confitentur per athanasium: cuius ludi illius puerilis episcopus fuerat simulatus. Tunc ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur: quid interrogati fuerant: quidue respondevint simul et ab eo qui interrogauerat: vbi videt secundum religionis nostre ritum cuncta constare: collocutus cum con

cilio clericorum: statuisse traditur: illis quibus integris interro'gationibus ⁊ responsionibus aqua fuerat infusa: iterari baptismum non debere: sed adimpleri ea que a sacerdotibus mos est. Tu autem domine. Lectio. iij.

Athanasium vero atq; eos quos ludo illi visus fuerat presbyteris vel ministris: conuocatis parentib⁹ sub dei obtestatione dedit ecclesie nutriendos. Paruo autem tempore exacto: cum a notario integre: ⁊ a grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus: continuo tamquam fidele a domino cõmendatum a parentibus restituitur sacerdoti: ac veluti Samuel quidem in templo domini nutritus: ⁊ ab eo pergente ad patres in senectute bona: ⁊ ad ephot sacerdotale dirigitur. Huius in ecclesia pro fidei integritate agones fuerant: vt etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptum est. Ego enim illi ostendam: quanta oporteat eũ pati pro nomine meo. In hui⁹ etenim persecutione vniuersus coniurauit orbis: ⁊ commoti sunt principes terre: gentes ⁊ regna: exercitusq; ierunt aduersus eum. Multasq; arrianorum perpessus insidias: toto orbe profugus agitur. Null⁹ tutus ad latendũ supererat locus. Tribuni: prepositi: comites: exercitus quoq; ad instigandum eum mouentur. Edictis imperialibus premia delatoribus proponuntur: siquis viuum maxime sin minus certe caput Athanasij detulisset. Ita totis regnum viribus frustra aduersum eum cui deus aderat: certabat. Tu autem.

Inuẽtio sancte crucis.

Secundum. Joannem.



In illo tempore: dixit dominus iesus discipulis suis: ⁊ turbis iudeorum. Ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. Et reliqua.

Omelia beati Hieronymi.

Dominus noster iesus Lectio. i. christ⁹ fratres charissimi in verbis lectionis hui⁹ ministros suos vt se ipsum sequantur hortatus est cum ita predixisset passionem suam quod nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructũ affert. Ibi deniq; excitauit eos: qui eum ad regna celorum sequi vellent: vt animam suam odissent in hoc mundo: si eam in vitam eternam custodire

cogitarent. Ad nostram rursus ĩfirmitatem post cetera: cõuersus ait. Nam princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. Tu autem. Lectio. ij.

QUe omnia nisi ex qbus diabolus eijcietur foras? Non autẽ dixit omnes sed omnia: non enim omniũ est fides. Nõ itaqꝫ hoc ad vniuersitatẽ hominũ retulit: sed ad creature integritatem idest spm̃ ⁊ animã ⁊ corpus. Et illud quo intelligimus ⁊ illud quo viuim⁹ visibiles ⁊ cõtractabiles sumus. Qui pᵉibit: oĩa trahit post se si omnia ipsi homines sunt intelligendi: omnia enĩ predestinata ad salutẽ possumus dicere. Ex qbus omnibus ait: nihil esse periturum: cũ supra de suis ouibus loqueretur. Aut certe omnia hominũ genera: siue in linguis omnib⁹ siue in etatib⁹ omnib⁹: siue in gradibus honorũ: siue in diuersitatibus ingeniorum oĩbus: siue in artiũ licitarũ ⁊ vtiliũ ꝓfessionibus omnibus. Et quicquid aliud dici potest secundum innumerabiles differẽtias: qbus inter se preter sola peccata homines distant ab excellẽtissimis vsqꝫ ad humilimos: a rege vsqꝫ ad mendicũ: omnia traham post me. Sed si exaltatus fuero a terra hoc ẽ cuꝫ exaltatus fuero in cruce. Nõ enim dubitat futurum esse quod venit implere. Tu. Lec. iij.

NAm exaltationẽ suam qd aliud dixit: quã in cruce passionẽ? Subiungit enĩ euangelista: ⁊ ait. Hoc aũt dicebat: significãs qua morte esset moritur⁹. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: qꝛ xp̃s manet in eternũ. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiũ hominis? Memoriter tenuerũt: qδ dñs dicebat assidue filium se esse hominis. Nam hoc in loco nõ ait si exaltatus fuerit a terra filius hominis: sed superius dixerat: qδ lectũ atqꝫ tractatum est: quãdo nũciati sunt gentiles illi: q eum videre cupiebant Uenit iquit hora: vt clarificetur filius hominis: hoc itaqꝫ isti animo retinentes: ⁊ quod nunc ait: cum exaltatus fuero a terra: mortem crucis intelligẽtes quesierũt ab illo: ⁊ dixerunt: nos audiuim⁹ ex lege: quia xp̃s manet in eternũ. Et quomodo tu dicis: opportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si enim xp̃s est inqunt: manet in eternũ. Si manet ĩ eternũ: quomodo exaltabitur a terra. Idest quomodo crucis passione morietur? Hoc ei dixisse cũ itelligebãt qδ facere cogitabãt. Nõ ergo ꝯ hoꝝ istorũ obscuritatẽ aperuit in fusa sententia: sed stimulata consciẽtia

H Jerosolymis inuentio sancte crucis ab helena regina: sub cõstantino imperatore cuius et ipa extitit mater. Inuentiõis aũt preciosi ligni historia cognitu digna: ita se habet. Adrianus qui vndecim⁹ cesar et iperator rome erat: existimãs se fidem xpianam loci iniuria perempturũ: in loco passionis simulacrũ iouis consecrauit. Et bethleem adon id ẽ fano pphanatus est: et quasi radix a fundamẽto ecclesie tolleref si in his locis idola colerẽtur: in qbus xps natus est vt pateretur. Passus est vt regnaret: iudex vł rex iudicaret. In bethleem quoq vbi agnouit bos possessorem suũ: et asinus presepe domini sui: ibi pnceps hominũ inficiari saluatorem deũ: infames hominũ amores moresq coluerũt. Prodito nouo sydere regis eterni: vbi cunabula supplices cũ suis operibus adorauerãt caldei: ibi barbaris libidines sacrauerunt romani. Ubi natum saluatorẽ agminib⁹ angelorum concinentibus celesti gaudio salutauerant illustrata nocte pastores: ibi veneris amasiũ mixte cũ viris planxere meretrices. Prochdolor. Que pietas hominũ hanc ĩpietatẽ ɔpẽsare poterit? Ubi sacra nati saluatoris infantia vagierat: illic veneris lamenta figẽtiũ lasciuis luctibus infamis ritus vlulabat. Et vbi virgo pepererat adulteri colebantur. Tu autem.

In natale sanctorum alexandri euentij et theodoli.

Lectio. j.



Ome via numẽtana miliario septimo: natale sancti alexandri pape. Hic constituit aquaz aspersionis cum sale benedici in habitaculis hominum: et passionem domini miscuit in predicatiõe sacerdotum: quando misse celebrãtur. Qui romane ecclesie episcopatum septim⁹ post petrũ tenuit: ãnis decem: mẽses duos: dies decẽ: sanctitate incõparabilis: fide clarissim⁹: maximã senatorũ partẽ vrbis conuertit ad dominũ. Qui postmodũ iubente traiano principe: siue sub aurelião comite vtriusq militie: cũ euẽtio et theodolo presbyteris carceri mãcipatur. Post stupẽda et diuina miracula ibi facta per puerum qui faculã ferebat ardẽtẽ. Et carcere nocturno silẽtio p fenestrã eductus ad domũ qrini tribũi vbi beat⁹ hermes pfect⁹ sub custodia tenebat: pducit. Postquã sanata ẽ filia ipi⁹ qrini balbina nomie: et ipe qrin⁹ ɔuersus baptismi grãz ɔsecut⁹ ẽ: et post liberatiõez et ba

ptizationem eorum omnes vinculis artati sunt in carcere cum eis quos quirinus ipse tenuerat. Inter quos duos quoque sanctissimos presbyteros constrinxerant euentium et theodolum: qui de oriente venerant. Post hec omnia et sic alia venerabiliter ab eo gesta: aureliano comiti iterum principe adhuc traiano: siquidem adrianus non dum imperabat exhibitus est simul cu ipsis beatis duobus presbyteris: primoque in eculeum leuatus et tortus vngulis atque lampadibus attractus est grauissime. Cumque nullas daret voces: dixit ei aurelianus. Quare taces? Sanctus alexander respondit: quia tempore orationis xpianus homo cu deo loqtur.

In natale sanctoru gordiani et epimachi martyrum. Lectio.j.



Rome via latina in cimiterio eiusdem natalis sanctorum gordiani et epimachi. Julianus vero imperator apostata inter multos xpianos quos publicis custodijs mancipauit: beatum ianuarium senem paternum comprehensum cuidam vicario gordiano ad audiendum tradidit. Qui beatu ianuarium patienter audiens: spiritu dei illuminatus: credere cepit. Quem protinus beatus presbyter cum vxore marina et familia promiscui sexus numero quinquaginta trib' et eo amplius baptizauit. Quod factum audiens iulian' plenus ira: dānauit, pscriptione sanctum presbyterum ianuarium. Lu. Lec.ij.

Sanctum vero gordianum similiter damnatum in custodia publica posuit: atque cuidam clementiano: quem vicarium eius loco dederat: tradidit eius vxorez. Porro eam ad aquas salinas manere precepit in seruicio rusticorum. Clementianus autem pro tribunali residens. Beatum gordianum vinctum catenis sibi p̄sentari fecit: ille in confessione christi fixus: diu plumbatis cedit' vltimo capite truncatur. Cuius corpus iussit iniquus iudex ante templu apollinis i tellure iactare: vt a canib' roderet'. Qd noctur notēpore rapiētes xpiani: miliario vno ab vrbe roma posuerūt in cripta vbi iā pridē corp' beati martyris epimachi sepultū fuerat.

Item rome: natal. calepodij senis p̄sbyteri: sub alexādro iperatore: q eum fecit occidi a laoditione: et corpus trahi per ciuitatem: atque in tiberim iactari die kalendarum mayarum. Quod inuentum piscatores leuauerunt: et narrauerunt calixto (L.iij.

episcopo. Qui acceptum: condiuit in cimiterio eiusdem: miliario ab urbe tertio in cripta: sexto iduum mayarū. Tunc decollat⁹ est ab alexandro palmachius consul: cum uxore et filijs et alijs promiscui sexus sexaginta octo: et felix similiter cum uxore sua blanda. Qui per doctrinam calixti pape et calepodij presbyteri nuper fuerant baptizati. Tu autem.

In natale sanctorum nerei et archilei atque pancracij. martyrum. Lec. j.



Rome in cimiterio pretaxato: natalis sanctorum martyrū Nerei et archilei fratrum: qui fuerunt eunuchi beate flauie: qui cum ea apud insulā pontianam: longum pro xpo duxerunt exilium. Post modum vero ab aureliano sponso domicille quē ipsa ob amorem xpi spreuerat: primo verberibus grauissime artati: deinde nonio ruffo cōsulari sunt traditi. A quo cum eculeo et flammis compellerentur ad immolandum: et dicerēt se a beato apostolo petro baptizatos: nulla ratiōe posse idolis immolare capite cesi sunt. Tu autem. Lectio. ij.

Quorum corpora rapuit auspicius discipulus eorum: nutritor sancte virginis domicille. Que etiam nauicule imposita adduxit: et in predio domicille ī cripta arenaria sepeliuit: via ardeatina a muro urbis miliario et semis. Item via aurelia miliario secundo: natalis sancti pancratij martyris. Qui cum esset annorū qttuordeci sub diocletiano martyriū capitis detruncatiōe cōplevit. Cuius reuerendum corpus otonilla femina illustris occulte noctu sublatū: aromatib⁹ cōditū sepeliuit qrto idus maij. L. iij.

Eodē die beati dionysij patrui eiusdē pancracij. Cuius studio idē pācrati⁹ baptizat⁹: et in timore dei confortatus: ad martyriū est animatus. Ipse cum premijs celestibus char⁹ deo et dign⁹ in pace clausit diem vite huius. Sed et tunc temporis passa ē virgo sacratissima nomine soteris: genere nobilis: sub diocleciano augusto. Eodē die apō cyprū scī patris nr̄i epiphanij salamini epi.

In natale scōrum victoris et corōe.

In dieb⁹ ātōini ipatoris: facta ē psecutio sub (L. j. sebastiāo cōite egypti et alexādrie. Erat qdā miles noie victor a cilicia xpianus et timēs deū. Cui seba

stianus dixit. Littere ad me venerũt a domino meo imperatore: iu bentes vt sacrificent xp̄iani. Ergo victor sacrifica vt non peri clitetur anima tua. Victor respondit. Ego miles sum regis iesu xp̄i imortalis dei: propter hoc non obedio regi mortali: quoniam regnum eius stabile nõ est. Sebastianus dixit. Mori vis an viue re? Victor dixit. Nõ est mors sed vita sempiterna: si perseuero in tormẽtis. Tunc comes iussit cõfringi digitos eius et plicatos con torq̃ri articulos: quousq; exirẽt de pelle illius. Victor dixit. Gra tias ago deo meo: q̃m appropinquauit gr̃a ei⁹ in me. Lec. ij.

SEbastianus dixit. Quare annonã tuã nõ accepisti? Victor di xit. Quoniam per vim et iniuste exigitur: ne c accipere nec mã ducare eã volo: quoniã habeo cibum meũ spiritualem et non esu rio in sempiternũ. Tunc comes iussit eum mitti in caminum ardẽ tem. Postriduũ aũt viuus inuentus est. Tunc comes iussit dari illi venenum a malefico vt manducaret in cibũ. Victor dixit Nõ habebam quidem manducare: sed vt ostendaz tibi quoniam pos sum omnia maleficia tua dissoluere: accipio et manduco. Et acci piens fecit orationem: et mãducauit nihil mali sentiẽs. L. iij.

TUnc maleficus alia venena peiora obtulit ei: dicens. Mo do accipe: si nihil mali senseris: et ego credam: quẽ tu colis. Victor iterum manducans: nihil mali est passus. Statim malefi c⁹ omnes libros suos cõburẽs: credidit xp̄o. Tũc comes iussit ner uos d̃ corpore ei⁹ euelli. Victor dixit. Ex his omnib⁹ dolor me nõ cõtingit. Tũc comes iussit oleo iterũ cãdente val de perfundi abs consa illi⁹. Victor respondit. Sic mihi est oleũ candens datũ: quo modo homini sitim patienti: cũ biberet aquam ad refrigeriũ. Ite rũ iussit eũ comes suspẽdi: et lãpades ardẽtes lateribus ei⁹ iponi Hoc aũt facto: nihil mali sensit: sed poti⁹ confortat⁹ est a deo. Ite rũ comes iussit calcem et acetũ dari in guture eius. Victor respon dit. Acetũ tuũ ⁊ calx: sic est mihi vt fau⁹ mellis. Iterũ comes ius sit oculos ei⁹ erui. Victor respõdit. Quãuis ocl'os corporis exce casti: tamẽ ocl'is interiorib⁹ plus video. Tũc comes iussit iterũ eũ capite deorsum ɔ̃pẽdi: et sanguis de narib⁹ ei⁹ stillare cepit i terrã.

In natale sãcte potẽtiãe. Lec. j.



ROme sancte potẽciane virginis: que illustrissimi ge neris pudentis discipuli sancti pauli apl'i: filia fuit Cuius mat' sabiella: soror vero praxedis. Quas pij s

sim⁹ pater earū prudēs: in omni religiōe xp̄i erudiuit: virginesq̃ xp̄i religt. Que post obitū sancti patris: in omni exercitatiōe pietatis ita excreuerūt: vt nocte dieq̃ incessanter hymnis et orationibus cū familia sua domino inseruirēt: beatissimo pio vrbis epo cū eis in laudib⁹ dei pticipāte. Remuneratiōē igit̄ ppissimis laborib⁹ suis pceptur̄e: q̄ per gratiā xp̄i fructuose cōsumauerāt. Post innumeros agōes: post multoꝝ martyrū venerabiliter exhibitas sepulturas: post omnes facultates suas in visceribus pauperum inclusas: xp̄oq̃ fideliter exhibitas: vel cōmēdatas: tandē de terris ad xp̄m migrauerunt. Potentiana venerabilis q̄rto decimo kalendas iunij posita in cimiterio priscille: via salaria: praxedis vero et sanctissima duodecimo kalēdas augusti: et ipa cū sorore iuxta patrē sanctū prudētem posita fuit. Eodē die beatissimi prudentis: patris supra nominatarum virginum. Lu.

In festo sancti vrbani. Lec. j.



Rbanus eps̄ natione romanus ex prosapia nobilissima ortus: cui⁹ pater pōtianus dictus ē. Qui vrbanus a beato petro apostolo octauus decim⁹ postquā beatissimus calixt⁹ papa psecutione alexandri p triūphum martyrij migrauit ad xp̄m: iā senex cathedrā romane vrbis suscepit. Qua dignitate sublimatus: multis calamitatib⁹ ac tribulationib⁹: nullis vsibus huius mundi vsus prosperis vixit: et aduersis omnib⁹ ob xp̄i potitus est amorem. Hic ante episcopatū probabilis fuit confessor: et post episcopatum nihilominus semel et iterum: vsq̃ septies pro nomine xp̄i examinatus atq̃ iudicatus est. Hic fecit vasa saxea quam pulchra omnia argentea: patenas quoq̃ argenteas vigintiquinq̃ apposuit. Lu Lec. ij.

Sacra quoq̃ ministeria solerti industria sanciuit: et sua predicatione multos ad credulitatem et baptismum xp̄i conuertit etiam et valerianū inclytū virum sponsum beate cecilie: et cognatū ei⁹ tiburtiū. Quos etiā ad martyrij palmā perduxit: et ei⁹ monitis salutiferis multi martyrio coronati sunt. Qui fecit ordinatiōes quītodecimo die mēsis decēbris. Presbyteros nouē: diaconos quiq̃: epos p diuersa loca instituit numero nouem. Sedit in episcopatu annis octo: mēsib⁹ vndeci dieb⁹ duodeci. Cui successit anterus vir venerabilis natione grec⁹. Igit̄ i tēpore alexādri

augusti: q a matre măca dictꝰ ē. A p̄fecto vrbis turgio almachio multis supplicijs cōagustatꝰ ē cū alijs q̄ȝ plurimis. Lectio.iij.

QUē cū iuenisset orātē cū tribꝰ diacōibꝰ et duobꝰ p̄sbyteris vicariꝰ carpasiꝰ: eduxit eos ad palaciū vespasiani: i quo erat almachiꝰ. Cuiꝰ iussu ōducti sūt ad pagū iuxta tēplū iouis ⁊ ibidē in ergastulo missi: ad quē veniebāt m̄lti xp̄ianoꝝ: dato p̄cio carcerarijs v̄bū vite p̄cipiētes ab eo. Trāsactis itaq̄ȝ multis diebꝰ: adducit āte cōspectū almachij. Cui dixit almachiꝰ. Jā ōpone audaciā magice artis: ⁊ ostēde mihi thesauros cecilie: quos apȝ te cognouimꝰ recōditos. Ad hec beatꝰ vrbanꝰ. Ora a me regris pecuniā cecilie: nequaq̄ȝ negabo: q̄ȝ i gazofilacio xp̄i: p̄ manꝰ paupꝝ recōdita ē. Nec tuā nec impatoꝝ amicitiā optabo: q̄ȝ corruptibiles estis. Eterno regi famulari omni auiditate exopto. Tūc almachiꝰ p̄fectꝰ: p̄cepit mistris suis dicēs. Plūbatas afferte: ⁊ tādiu cōtumax vrbanꝰ cū suo clero mactet q grās agebāt: cātātes ⁊ exultā- (tes. Lc.iiij.

POst hoc missi sūt i custodiā p̄uatā: ⁊ ieiunijs afflicti: ad quos noctu xp̄iani venerūt multi cū tribꝰ tribunis: quoꝝ noīa sūt hec: fabianꝰ: calixtꝰ: amoniꝰ: ⁊ duo p̄sbyteri noīe fortūatꝰ: ⁊ iustinꝰ. Qui audiētes mōita salutis: tūc ⁊ ip̄e anolinus carcerariꝰ credidit: ⁊ baptizatꝰ ē. Quo audito almachiꝰ misit ad vicariū caprasiū: vt p̄resētaret secū vrbanū cū clero suo. Qui cuȝ cognosceret anolinū eē xp̄ianū: ait ad eū. Anoline verū ne ē qȝ de te audiuimꝰ? Anolinꝰ respōdit. Ego igt xp̄ianꝰ sū: ⁊ xp̄m cōfiteor. Ad hec iudex iratꝰ ait. Deducant ad tēplū diane: ⁊ ibi capita ple- (ctāt: si nō sacrificauerint. Lc.v.

POst hec turgiꝰ almachiꝰ iussit sibi tribūal pari: ⁊ veniēte nocte adduci beatū papā cū clero suo. Qui cū nō acqesceret sacrificare sȝ magis eū publice ōrideret: ait carpasio vicario. Duc eos ad tēplū: qȝ ē iuxta pagū: ⁊ sacrificēt deo ioui: ⁊ p̄qre diligēt facultates eoꝝ. Nā si nō fecerit cedāt ⁊ iterū i ergastulo retrudāt. Quo cū veīssent: ōridebāt: ⁊ expuebāt i eū: dicētes. O miseri. q̄re adoratis idola surda et muta? Ad hec v̄ba cū cederēt repēte cecidit simulacrū: ⁊ iterfecit ō sacerdotibꝰ idoloꝝ numero vigītiduos: q ministrabāt ignē sacrificij. Sequēti vero nocte iussit adduci sāctos: ⁊ cōtumelijs affecti forcit cedebāt: extēsi i terrā. Jlli aūt cū cederēt grās referebāt deo: dicētes gl'ia tibi dn̄e. Unꝰ vero ex diacōibꝰ erectis i celū oculis: spiritū emisit. Cuiꝰ corpꝰ fortūatꝰ p̄sbyt̄ tulit noctu: ⁊ sepeliuit eū i cripta in (cimiterio p̄taxati: cui nomē erat lucianꝰ Lec.vj.

POst hec almachiꝰ p̄cepit vt cū plūbatis cederēt ⁊ scorpionibꝰ. Qui cesi

cū bn̄dixisset deū: duxerūt eos ad fanū diāe cū nimio furore: ⁊ extē
sis vlnis ⁊ erectis ad celū ocl'is: dixit beatꝰ vrbanꝰ. Unꝰ ē deꝰ cre
ator omniū: ipi soli sacrificamus: hec ⁊ alia quāplurima dicētes:
osculātes se osculo scō pacis: ⁊ flectētes genua: ꝯcollati sūt ꝓ noīe
dn̄i: q̄rtodecimo kal. iunij. Mediolani sci dionysij epi ⁊ ꝯfessoris
q ab iperatore ꝯstātino arriāo apd̄ capadociā ꝓ fide catolica dā-
natꝰ exilio: ibidē regeuit. Reliqas corporis eiꝰ ꝑ sanctū basiliū ꝑ
fate vrbis epm̄ receptas: beatꝰ ābrosiꝰ ꝯdigno honore ꝯdidit. Eo-
dē die apd̄ mēsiā ciuitatē doroſtoro: nl'is scōꝝ martyrū pasicratis
valētiōis: ⁊ alioꝝ duoꝝ coronatoꝝ. Rome eleuterij pape: q sedit in
ep̄atu ānos qndeci. Hic accepit epl'as: a leuncio britāico rege: vt
ꝑ eiꝰ mādatū xp̄ianꝰ fieret. Sepultꝰ ē iuxta corpꝰ beati petri. Hic
firmauit vt nl'la esca a xp̄ianis ꝛ̄pudiaret: q̄ ratiōabilis ⁊ hūana ē

In natale marcellini ⁊ petri. Lec. j

ROme nl'is. scōꝝ marcellini ⁊ petri sub diocleciāo impe
ratore: ⁊ iudice sereno. Factū ē aūt: dū teneret beatus
petrꝰ i obscurissimo loco carceris vicl'is ferreis astrictꝰ
custos carceris noīe artemiꝰ hēret filiā demoniaticā: quā vnice di
ligebat. Cui vir dei petrꝰ ait. Audi cōsiliū meū artemi: ⁊ crede vni
genitū dei viui: dn̄m nr̄m ihū xp̄z: q ē liberator omniū i se creden
tium. Si credideris: Saluabitur filia tua. Tu autem. Lectio. ij.

QUi artemiꝰ ait. Miror prudētiā ꝯsilij tui. Te deꝰ tuꝰ libera-
re nō pōt: cū illi credas: ⁊ quotidie ꝓ noīe eiꝰ plagas ⁊ vincu-
la ꝑferas: quō poterit filiā meā liberare: si ei credidero? Si me vis
credere deo tuo: ecce ego duplicabo super te catenas: et claustra
omnia carceris muniā. Te aūt ipm̄ i ipa inhūana ⁊ tenebrosa loca
solū icludā. Si de his omnibꝰ liberauerit te deꝰ tuꝰ: credā ei. Cui
beatꝰ petrꝰ assensū ꝯdit: ꝑmittēs ad domū illiꝰ se vēturū. Hoc in
quā faciā nō ad libitū tētatiōis tue sz ad declarationē deitatis dn̄i
nr̄i ihu xp̄i. Agitās caput artemiꝰ: ait. Iste hō nimijs passionibꝰ fa
tigatꝰ aliena loquitur. Hec dicens abscessit. Tu. Lectio. iij.

NArrauitq3 gesta ⁊ dicta hec: vxori sue cādide. Et ecce subito
noctis initio adest hō dei petrꝰ artemio ⁊ candide: idutꝰ vesti-
bꝰ cādidis: tenēs i manu sua triūphū scē crucis: in cuiꝰ vestigia
corruētes illi clamabāt. Uere deꝰ vnus est: ⁊ verus dominus ie-
sus christus. Statimq3 filia eoꝝ nomine ⁊ corpore virgo paulina:
a spiritu immundo vexata: curata est. Et cum hec fieret: omnes q
in domo erāt arthemij: crediderūt. Cōuenitq3 multitudo vicinoꝝ

viri amplius quã trecenti mulierum vero abundantior numerus clamantium: preter xp̄m non est alius deus omnipotens. Cumq; omnes cuperent xp̄iani fieri: adduxit vir dei petrus marcellinum presbyterum: qui omnes vnanimiter baptizauit. Sed et artemius omnes qui in vinculis erant absoluit: qui omnes baptismi gratiã perceperunt. Tu autem. Lectio. iiij.

Audiens hoc iudex serenus iussit marcellinum presbyterum et petrum exorcistam in presentia sua exhiberi. Et auditu; beatum marcellinum: iussit pugnis cedi in ambabus arterijs. At vbi defecerunt cedẽtes: ab eo petrum separari iussit: vt nudus super vitri fragmẽta sterneretur in custodia: et victus et lumen negaretur. Petrus vero conuersus ad serenum dixit. Cum sis nomine seren⁹: totum te nubilum: et tenebrosum factis ostendis. Tunc et ipsum serenus iussit in vinculis recipi: et pedes i cipo artissimo constringi. Tu autem. Lectio. v.

Factum est autem dum separati essent: apparuit angelus domini marcellino presbytero oranti nudo et induit eum vestimentis suis: et adduxit vbi beatus petrus erat in cipo et ferro. Sed et ipsum exoluit et ambos perduxit ad domum vbi nuper baptizati orabant. Non post multum vero tempus cum beat⁹ artemius cum vxore et filia sententiã capitalem suscepisset: comprehensi illi ab his qui sanctos dei et fratres punituri erant: alligati sunt manibus retro ad arborem vsq; dum nũciaretur iudici sereno de eis. Ille iussit eos duci in siluam nigram: que hodie i honore sanctorum silua cãdida appellat: et in eadẽ ambos pariter decollari.

Cumq; ventum fuisset in mediã siluam ipsi sibi ma (Lec. vj. nibus suis mũdauerunt locũ a spinis: vbi orantes simul et dãtes sibi osculum pacis: genu posito: decollati sunt. Et qui eos decollauit vidit animas eorum splendide ornatas: ab angelis ferri ad celos. Et penitentiam agens sub iulio papa baptizatus est in senectute sua: nomine dorotheus. Quorum corpora reuelãtibus se beatis martyribus tulerũt postmodum lucilla et firmina xp̄ianissime femine: et iuxta sanctum tiburtium: in inferiori parte cripte sepellerunt: quinto kalendas septembris.

In natale sanctorum martyrũ primi et feliciani. Lec. j.



Ome in celio monte natalis sanctoꝝ primi ⁊ feliciani sub diocleciano ⁊ maximiano imꝑatoribus. Qui gl'iosissimi martyres i dño sēp viuētes a pōtificibus templorum apud īperatores qḋ xp̄iani essent: accusati sunt. Et inquisiti (erant enī ciues romani) adducti sunt in conspectu imꝑatorum. Et iusserunt eos ferro vinctos in carcerem recludi: vbi affuit eis angelus dñi: qui eos cōsolaretur. Post aliquot vero dies: iusserunt eos imꝑatores suis aspectibus p̄sentari. Le. ij.

Et iusserunt militibus vt ducerēt eos ad phanū herculis: vt si sacrificare nollēt: fortiter eos penis affligerēt. Verū cū nulla possent eos ratione mouere: sed pro xp̄i nomine optarent magis mori: extēderūt eos milites: ⁊ virgis fortiter mactauerunt. Et cum renūciassent imꝑatoribus milites que gesta sunt: irati valde iusserunt eos tradi ꝓmoto p̄sidi ciuitatis: vt diuersis penis eos interficeret. Et accipiētes eos milites duxerūt ī viā q̄ dicit' numētana miliario terciodecimo: ferro vinctos: ⁊ miserunt eos in carcerem iuxta forū ciuitatis. Ubi iterum āgelica visitatione releuant'.

Post multū vero temporis: iussit sibi ꝓmotus p̄ses ī foro ciuitatis tribunal p̄parari. Et cū ītromissi fuissēt primus ⁊ felician' ⁊ iubēte p̄side fuissent post respōsionē ab inuicē separati: p̄mū beatū felicianū iussit p̄ses cū plūbatꝫ cedere: dicēs ei Ut qḋ nō depōis īsaniā istā pectoris tui: vt eligas dies bonos ⁊ iocundos: ⁊ nō torm̄etis diuersis corpus tuū maceret'. Beat' feliciānus dixit. Octoginta annos vite habeo: suntq̄ anni triginta q̄ agnoui veritatem dei. Et nihil de blandimētis hui' mūdi cogitās elegi creatori meo eterno: oīpotēti deo seruire. Tūc p̄ses iussit eū ligari: ad stipitē: ⁊ aculeos in manib' ei' ac pedib' figi: ⁊ diu torq̄ri ⁊ per tres dies neq̄ aqua neq̄ vllū gen' cibi ei ministratū est. Le. iij.

In natale sc̄i barnabe apostoli.



N natale sc̄ti barnabe ap̄li. Qui cū eēt cyprus: cū paulo doctore gētiū apostol' ordinatus est. Hic postea ꝓpter discipulū q̄ et marcus vocabatur separat' a paulo: nihilominus euāgelice p̄dicationis iniunctū sibi opus exercuit. Le. i.

Uius corpus tpe zenonis īpatoris ipso reuelāte reptū est. Hic vnā ad edificationē eccl'ie

pertinētē epistolā cōposuit: que tamē inter apocrifas legitur. Ite eodem die sctī sostenis apud corinthū q̄ fuit discipulus sctī pauli apostoli. Le.iij.

Apud aquileiā natalis sanctorū marty rū felicis ⁊ fortunati: sub persecutione diocletiani ⁊ maximiani imperatorum: preside euphimio. Qui cū essent germani fratres fide xp̄i feruentes: deferente apamio q erat vnus ex officio presidis: victi ferro: aquileiam iudici euphimio pducuntur. Tu autē. Le.iiij.

Ubi cum xp̄m constantissime faterētur: ab irato iudice primū in eculeo suspensi ardentibus lampadib⁹ circa latera appositis: mox psallētib⁹ martyrib⁹ extinctis: inde p vētre ferueti oleo sup fusi: ad vltimū cū in confessione xp̄i durarent: foras ciuitatē ducti iuxta fluuiū q ciuitati adiacet: capite trūcantur. Tu autem. Le.v.

Inde nocte a religiosis viris eisdē agleie cū aromatibus īuoluti linteaminib⁹: occulte sepulti sunt. Et ciues vicētie superuenientes: eorum corpora pducere ad suam ciuitatem vicēciam meditabantur. Tu autem. Lectio.vj.

Non permittentibus aūt aquileiēsibus: diuq̄ renuētibus tādem pia contentio ita finita est nutu diuino: vt felicem vicētini fortunatum haberent aquileienses. Ita tamen: vt caput beati felicis aquileia: caput vero fortunati vicētia sortiretur. Quod factum in laude domini nostri vsq̄ hodie permanet. Tu autem.

¶ In natale sanctorum Basilidis atq̄ Celsi. Cirini. ⁊ Naboris. Lectio.i.



Natalis sanctorū basilidis. cirini. naboris. Quorū duos passos fuisse apud ebredinensem vrbē: antiquitas memorando celebrat. Mediolani natalis sanctorū martyrum: nazarij: ⁊ cel si pueri. Beati nazarij pater affricanus mater vero perpetua a beato apostolo petro baptizata. Ipse vero sanctus nazarius: a sctō clemente instructus ⁊ baptizatus est. Quem anolinus sub rabie persecutionis: q̄ p neronē excitata ē: diu maceratum ⁊ afflictū in carcere: cum quo beatissimū puerum celsū: quē idem nutrierat gladio ferire iussit. Quorum corpora xp̄iani furati: quito kalēdas augustarū sepelierūt foras portā: q̄ dicit romana: in p̄prijs hortis. Le.ij.

Reuelauerūt aūt se beati martyres: cuidā ceratio noīe cui vxor fortunata: ⁊ p visū monuerāt se occultari, ppter rabiē persecutionis: quam nero impi⁹ excitaue

rat. Latuerūt vero vsq₃ ad tempa honorij: ꝛ archadij imꝑatorū: quos beatus ambrosius dño reuelāte reperit. Patefacto aūt sepulchro in quo iacebat corp⁹ sancti nazarij: q quādo passus fuerat: vt scribit beatus paulinus vsq₃ tunc temporis ignorabatur viderunt sanguinem martyris ita recētem q presentes erant: ac si eadem die fuisset effusus. Tu autem. Lec. iij.

CAput etiā ipi⁹: qđ ab ipijs fuerat abscisū ita itegrū atq₃ icorruptū: cū capillis capitis ꝛ barba vt videret̃ eodem tpe quo leuabatur: locatū atq₃ cōpositū i sepulchro: etiā odore tāto repleti sunt: vt oīum aromatū vinceret suauitatē. Quo leuato ꝛ in letica cōposito: stati ad sanctum celsum martyrē q in eodē horto positus erat: ad orationē perrexit sanct⁹ episcop⁹: ꝛ vtrūq₃ transtulit ad basilicā apostolorum q̄ est rome. Inuenti aūt ꝛ translati sunt: qnto idus iunij. Festiuitas vero eorū agitur: qnto kalēdas augusti de martyrio. Cōmemoratio etiam eoꝝ publica ꝛ celebris in die sanctorum martyrū prothasij ꝛ geruasij a fidelibus populis freq̄ntatur ꝛ venerabiliter excolitur. Tu autem.

In natale sanctorum cirici ꝛ iu-



SAnctorum xp̄i martyrum pia certamina debita veneratione recolētes mirabilē in sanctis suis dominū collaudem⁹: qui beato īfāti cirico rotā natiuitatꝭ toto ne dū reuoluēte triēnio eiusq₃ sacre genitrici iulite matris ei⁹ natalibus a ꝓbis moribus generose muneris suꝑni gratia roborante etatis ꝛ sexus infirma pro ipsius nominis amore vincētibus: illis quidē gloriosam martyrij palmam contulit in celestibus. Nobis aūt plurima confert beneficia eisdē vt credim⁹ patrocinantibus. Tu autem domine. Lec. i. Lectio. ij.

QUa ꝓpter sicuti quotidiana amonitione ꝑ suos ꝑsules sctā mr̃ ecclesia nos hortat̃ agere: dignū iustūq₃ ē ꝛ nob̄ in cūctis maxime salubre: dñm deū nr̃m in oī tēpore et in oī loco laudando glorificare: atq₃ glīficādo laudare semꝑ ac bñdicere: vt iplere valeam⁹ illud psalmiste. Bñdicā dñm in oī tpe: semꝑ laus ei⁹ in ore meo. Hoc eni ē sacrificiū q̄ndo de⁹ pie colit̃ ab vniuersis gradib⁹ bene viuentiū: dū illi referuntur cōdigne: q̄ntū possibile est actiones gratiarum. Tu autē. Lectio. iij

EA igit̃ facta persecutione christianorum sub alexādro imperatore cum seua su

pia modũ exardesceret vndiqз secus eos insectãdi intentio: orienta liũ quoqз pũciarũ fines apprehẽdit: in qbus partibus orĩetalib⁹ alexander pses preerat: q sicut nomie sic impio suo erat par ferocitate. Hic inter innũeros quos varijs cruciatibus z excogitatis affecerat penarũ mortib⁹ iulitã matronã nobilẽ: in lege dñi die ac nocte meditantẽ fama boni odoris celebrẽ: missis officialib⁹ iussit p̄sentari tribunalibus. Erat aũt iulita seruiens dño i timore casto: que filiũ alebat puulũ noie ciricũ: cui cũ lacte carnis: disciplinam

P Ater charos deniqз ample (tradidit diuine legis. Le. iiij. xus: z materne pietatis oscula: vt verũ parẽtẽ agnosceret z coleret: dũ lacte dulci ex eius aleretur vberibus ab ipsius ore p tempore pure fidei imbuebatur dogmatibus: surgentibus igit̃ aduersum se persecutorbus pro sua paruuliqз salute confessionis ac p̄cij ad dñm clamauit voce: z ipse cuius est salus benedictionem sue gratie dedit eis. Ante cõspectũ deniqз p̄sentata presidis: z ab eo requisita: cuius esset prouincie vel ciuitatis: aut q̃ ei ppriũ ineẽt cognitio nominis: respõdit. De pũcia z de prioribus ciuitatis iconio rũ progenita ad ciliciã tuas deuitans persecutiones demigraui tarsoqз sum inuolata. Et cũ sim vera xpiana: est mihi nomẽ iulita. Cui preses: hortor te inquit tu tibi cõsule z impatoris iussa p̄fice: atqз debita dijs nr̃is libamina redde. Tu autẽ. Lectio. v.

B Eata Julita respõdit. Ego immũdis nõ sacrifico demonijs: quia vnius z viui z veri dei: vera sum cultrix. Ait preses. Sacrifica dijs antequam ad tormenta perducaris. Et illa. Nec dijs tuis vanis sacrifico: nec tormenta paueo. Interidum hec inter eos sermones serũtur alma genitrix cirici non modico augebat̃ merore animi: quod ipsa posita in procincto belli pro cõfessione fidei: sui destitura videret̃ solatio paruuli. Ad eius tamen suggestionem iubente preside z matre eum veluti prodente: perquisitus ẽ tenellus infans ciricus z a militibus presidis reperitur atqз ante eum perductus primo quidem blandimentis lenibus vt infans demulcetur deinde minis exasperatur. Tu autem. Le. vj.

I Lle vero blandientẽqз z minantem paruipendens: mente maiori et disertissimo sermone xpianũ se esse constanter ẽ p̄fessus z ab hac professione se villo modo diuelli non posse protestatur. Unde dum ante presidem staret secundũ tempus elinguis infantulus non ille sed in eo z per eum loquebatur spiritus: cuius a dipe et pinguedine replebatur os z anima eius. Dixit autem ei: alexã

der volo mihi pandas viuaciter qui huiuscemodi tibi doctrine doctor extiterit in grecia: simulqꝫ absistas ab hac pertinacia quã celeriter ne pro deorum ꝛ imperatoris contemptu: penis afficiaris grauiter. Ad hec infans. Tuam ait o preses miror insipientiam: q in me tãtillam cernens etatulam: nec dum temporis curriculo triennium ostendi etiam minus idonee percuntaris quis diuinam me docuerit sapientiam. Tu autem.

¶ In natale sanctorum Marci ꝛ Marcelliani. Lectio. i.



Ome via aurelia natalis sanctorum martyrum marci ꝛ marcelliani preclarissimi generis trãquillini ꝛ marcie filiorum quibus pro xp̃i noĩe in vinculis constitutis quotidie sanctus sebastian⁹ solatium exhibebat: ꝛ tam ipsis quam etiam seruis eorum cum quibus tenti fuerant salutaria fidei consilia ministrabat: vt figuram seculi ꝛ blandimenta respuerent ꝛ momentanea tormentorum genera non timerent. Qui cum beatissimis consolationibus acquiescerent: ꝛ verbera carnificum aul mo perseueranti transirent: capitalem iussi sunt subire sententiaꝫ Ea scilicet ratione vt si eodem momento quo decollandi erant sacrificijs consensissent: ꝛ parentibus suis ꝛ coniugibus ꝛ filijs ꝛ facultatibus redderentur. Tu autem domine. Lectio. ij.

Rant enim non solum vt diximus genere clarissimi viri: sed ꝛ facultatib⁹ ditati. Quorum erat pater tranquillinus nomine: ꝛ marcia mater vocabatur. Qui illos sequebantur cum vxoribus eorum ꝛ filijs: nimio enim in eorum nepotibus ducebãtur affectu. Unde factum est: vt a cromatio vrbis prefecto triginta dierum inducias impetrarent. In quoꝝ spatio ageretur cum eis quatenus ad thurificandũ idolis consentirent. Accedentes itaqꝫ amici eorum ad eos: ceperunt dicere. Unde vobis tam durum tamqꝫ ferreum pectus: quod caniciem patitur patris abijcere ꝛ matri iam decrepite nouos partus afferre dolores. Nam ꝛ partus dolores suis consolationibus superabat: dum in vno dolore duos filios pareret: ꝛ geminum patri funderet filiorum affectum. Tu autem. Le. iij.

Unc vero insana bilis cruciatus: incomparabilis planctus est: quo spes ꝛ gaudiũ tollitur: vita contemnitur: respuitur presens gloria: ꝛ cõteptis omnibus pieta

tis affectibus: mortis atrocitas appetitur. Obsecramus vos o amici charissimi: tandem bis date cladibus finē: et vos patres et dulcium filiorum vel ammoniti mementote. Hec eis similia amicis dicētibus: miseram se clamans mater aduenit: et soluto capite canos sue senectutis ostentans: in conspectu eorum vestem qua pectus tegebatur scidit: et cunctis flentibus ostendebat eis laxis pellibus quas suxerant mămas: et blandimenta que infantie eorum exhibuerat eiulando lachrymis memorabat. Hec ea faciente infirmus pater et grauis iā senio manibus adducitur seruulorum et cigneo capiti puluerē terre aspergens huiusmodi dabat voces ad celū. Ad mortē vobis proficiscētib⁹ filijs valedicturus adueni: et vniuersa q̄ a filijs sepulture mee parauerā exhibenda: ego infelix in filios sepeliendos expendam. Tu autem.

In natale sctōrū geruasij et pthasij



Ambrosi⁹ seru⁹ christi fribus p oēm italiā i dño eternā salutē. In diuinis voluminib⁹ reus ascribitur: qui nō studuerit dare gratis qd gratis accepit. Quicquid eni ecclesie profuturū erat subtraxisse arguit: q noluerit dare omnibus quod ipse non celandum acceperit. Unde et psalmographus vates canit. Justiciam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non celaui misericordiam tuam: et veritatem tuam: in concilio multorum. Et pro hoc opere quasi vicissitudinem a deo postulans: adiecit. Tu autem domine ne elōges misericordiam tuam a me quasi qui diceret. Sicut ego feci alios misericordiam inuenire: ita ipse non patiaris longe fieri misericordias tuas a me. Tu autem. Lectio. i.

Lec. ij.

Aperiam⁹ ergo cur ista premisimus et nostros amicos qui de deo sentitis et creditis: hac inuentione sanctorum corporum ad leticiam inuitemus. In diebus transacte nuper quadragesime: cum dominus mihi donasset vt ieiunij me faceret esse participem in oratione posito ita me somnus obrepsit: vt nec vigilans aperte: nec dormiens integre viderem apertis oculis mecum duos iuuenes effebos vestibus candidissimis idest colobio et pallio indutos caligulis calciatos manibus extensis orantes sed quidem grauidem patiens loqui cum eis nō poterā: sed quia vt dixi pars in me somni icumbebat: que ad eorum interrogationem ver

bum proferre non fineret plene euigilanti visio eorum elapsa est. Unde factum est: vt rogarem domini misericordiam: vt si ludifica tio demonum esset abscederet: si autem veritas: plenius appareret. Ad impetrandum vero quod poscebam a domino augmentaui ie iunium. Similiqꝫ modo: canente gallo: orantes mecum iuuenes ap paruerunt. Tu autem domine. Lectio. iij

Tertia vero nocte defecto ieiuniis corpore: non dormienti sed stupenti cum quadam mihi tertia apparuere persona: que simi lis esset beato Paulo: cuius vultum me pictura docuit: in tantum vt ipse meeum illis stantibus loqueretur dicens. Isti sunt qui monita mea secuti sunt: respuentes predia et diuitias secuti sunt domini nostri iesu christi vestigia: nihil terrenum: nihilqꝫ carnale concupiscentes: in media hac mediolanensi vrbe per decem annos in dei seruicio perdurantes: ad hoc pertingere meruerunt: vt christi martyres fierent. Quorum corpora in eo loco inuenies: quo stas et oras duodecim pedum altitudine terre: coopertam archam inuenies. Quam archam superius exaltabis: et in nomine eorum ecclesiam fabrica bis. Cumqꝫ ab eo nomina requirerem: dixit mihi. Ad caput eorum libellum scriptum inuenies: in quo et ortus eorum et finis scriptus est. Conuocans itaqꝫ omnes per circuitum fratres et coepiscopos vrbium vicinarum: referens vniuersa que videram: ipsis coram positis primus ego terre fossor accessi. Ceteri episcopi prosecuti fodientes: perue nimus ad archam: quam sanctus promiserat paulus. Tu. Lectio. iiij

Quam aperientes inuenimus quasi ipsa hora positos sanctos miro odore fragrantes. Ad quorum caput libellum inuenimus: in quo erant hec per ordinem vniuersa conscripta. Ego seruus xpi Philippus: intra domum meam hec corpora sanctorum cum fi lio meo rapui: et sepeliui. Quorum mater valeria pater vitalis dicti sunt: quos vno ortu geminos genuerunt et vnum prothasium al terum geruasium vocauerunt. Et postea quam pater eorum beatus Uitalis martyrio est coronatus atqꝫ beatissima mater valeria mi grauit ad christum ab intestato Geruasius et Prothasius domum propriam in qua nati fuerant et res parentum et casellulas venun dantes: dederunt precium pauperibus: et familiole sue: quam ingenu am fecerunt: et ipsi se in vno cenaculo concluserunt: per decem an nos lectioni et orationi vacantes: hoc ordine in anno conuersati onis sue vndecimo ad palmam martyrii peruenerunt. Super ueniente astatio qui proficiscebatur ad bellum quod a marchoa

nis fuerat excitatum: occurrerunt ei templorum cultores cū sacerdotibus suis dicentes. Si vis letus ad augustos nostros reuerti et victor: prothasium et geruasium sacrificare compelle. Vehementer enim dii nostri de eorum contemptu commoti: nobis dare responsa contemnunt. Tu autem. Lectio. v.

Audiens hec astasius comes iussit eos teneri: et ad se duci. Quibus et dixit. Hortor vos vt a deorum nostrorū iniuriis temperantes ad immolandum eis deuoti studeatis insistere vt expediti us omnia suauiter celebrentur. Geruasius dixit. Victoriam de celo debes a deo oīpotēti requirere: nō a simulacris immūdis et vanis: q̄ oculos habent sine lumine: aures sine auditu nares sine odoratu os sine gustu: et ventrem absq̄ interioribus habere probantur: et sine flatu esse noscuntur. Indignatus comes astasius: iussit eum tamdiu plumbatis tundi quamdiu exalaret spiritum. Quo amoto iussit sibi adstare prothasium cui et dixit. Miser vel tu viuere stude et noli biotonatus fieri: sicut et frater tuus. Cui prothasius respondens ait. In eo quis est miser: ego qui te non timeo: an tu in eo quod te times ledi a me: videris timere me. Si me non timeres: ad sacrificium non compelleres. Ego autem non te timens: contē[t]io minas tuas et omnia idola tua stercora computans: deum solū qui in celis regnat adoro. Tu autem domine. Lectio. vi.

Audiens hec astasius iussit eum fustibus cedi. Postea vero erecto dixit. Miser: ut quid tā superbus et tam rebellis existens vis perire sicut tuum probasti perisse germanum. Prothasius dixit. Non tibi irascor: nec ego nec ipsa iusticia: quoniā cecos oculos tui cordis attendo. Incredulitas enim que in tuis sensib⁹ regnat: non te permittit videre quod dei est. Nam et domin⁹ me⁹ iesus xp̄s crucifigentes se non maledixit: sed potius vt eis indulgeretur orauit addens hoc: quia nescirent quid facerent. Unde et ego tui misereor: quia nescis quod facis. Age ergo qd̄ cepisti: vt mihi possit cum meo fratre hodie benignitas nostri saluatoris occurrere. Astasius iussit eum capite cedi. Quod cū factum eēt ego philipp⁹ abstuli cū filio meo furtī nocte scā ista corpa: et in domo mea deo solo teste in ista archa saxea sepeliui: credens me orōnib⁹ eorum consequi misericordiam dn̄i nostri iesu xp̄i: q cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

In vigilia sancti Joānis baptiste.

De sancto ioanne baptista.

Fuit in diebus herodis regis iude sacerdos Scd'z.luca. quidã noie zacharias de vice abia:et vxor illius d filiab' aarõ et nomen ei' helisabeth. Omelia ex cõmentarijs bede pref. Lec.j.



Acratissima pcursoris dñi nobilitas:nõ solũ a pa rētib':sed a progenitoribus gloriosa descendit: qtenus aduēt' illi' fidē nõ subita inspiratiõe cõ ceptã: verũ habita magis ppagatione susceptaz liberius pdicaret: et quoniã q de aarõ pmi in cun ctis lege põtificis est nota dignitas: dicēdũ est pa rũ de abia. Cũ dauid rex et pphēta magna deuotione peteret vt in ueniret tabernaculũ deo iacob. Dñs aũt magis hoc a salomõe si eri decerneret atqz ideo dauid salomoni omnia q ad ipēsas dom' pertinebant pparaī:ipsius quoqz dom' per singulas mēsuras z descriptionē daret vt crescēte extrinsecus statu culture etiã deuo tionis interi' culmē augesceret. Diuisionē nihilomin' sacerdota liũ leuiticoz graduũ in omnia opa dom' dñi distribuit. Lec.ij.

Erant eni pncipes sanctuarij:z pncipes dom' dei:idest sũmi sa cerdotes:tã d filijs eleazar: q de filijs Itamar. Quoz vices secũdũ ministeria sua vt ingrederef domũ dei: viginti quattuor sortib' distinxit:in qb' abie familie de qua zacharias ortus ē sors cõtigit octaua. Diuisit eni vtrasqz intē se familias sortib' vnã do mũ q sub se habebat ceteros itamar. Lege verba diex: sed z anti quitatũ iosephi librũ septimũ:vbi statī refert:z vtraqz generatio iuxta ordinē sortiõis ministraret deo p dies octo: a sabbato vsqz ad sabbatũ. Ubi etiã de tribu leuitaz vigīti qtuor ptes factas as serit:vt ipsi quoqz eodē modo sortiti iuxta morē sacerdotum octo in bis diebus ministrarēt. Lectio.iij.

Non aũt frustra pmus noui testamēti pco in octaue sortis vice nascif:qz sic septenario sepe numero propt sabbatũ vet' te stamētũ:sicut nouũ aliquotiēs octonario pper sacramētũ vl' dñi ce vel nre resurrectionis exprimif. Unde qz nõ alit quã p obser uãtiã vtriusqz testamēti:regni celestis aula penetraf:recte z i tem plo salomonis mystic' qndeci gradib' ascēsus fuisse narraf. Et ts q ad dominũ i tribulatiõe clamãs exaudif totidē g aduñ psal mis ad superiora pducif:qõ tãdē i atrijs dom' dei: posit' audire possit. Benedict' dñs ex syõ. Tēp' quoqz herodis alienigene vi delicet regis:etiã ipo dñico attestaf acrētu. Pzedici nãqz fue rat qz non dficiet pnceps ex iuda:neqz dux de femorib' ei' donec

veniat qui mittendus est. Ex quo enim patres ex egypto exierunt: sue gentis iudicibus vsq3 ad samuelē prophetam ac deinde regibus vsq3 ad transmigrationem babylonis regebant. Post reditum vero ō babylone: p pōtifices rerū sūma gerebat: vsq3 ad hircanū regem simul et pontificē. Quo fratris inuidia multis calamitatibus vexato ad vltimum ab herode cuius patrē ipse de ignobili et aduena idest genere idumeorum sublimē fecerat: 7 cuius ē vi fraudis interemptus iudee regnum ipsi herodi iussu cesaris augusti tradidit gubernandum: cuius tricesimo anno iuxta prophetiā supradictam qui mittendus erat aduenit. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela.

In die. Lec. j.



Ost illum sacrosanctum dñi natalem diem: nullius hominis natiuitatem legimus celebrari: nisi solum ioannis baptiste. In alijs sanctis et electis dei nouimus illū diē coli: quo illos post consummationē laborū: et deuictum triūphatūq3 mundum: in perpetuas eternitates presens hec vita p turijt. In alijs consummata vltimi diei merita celebrant. In hoc etiā prima dies: etiam ipsa hominis initia cōsecrantur. Pro hac absq3 dubio causa: q2 dominus aduentū suum: ne subito insperatum homines non agnoscerēt voluit esse testatum. Ioānes aūt figura fuit veteris testamēti: et in se formā tulit legis: 7 ideo ioānes preuūciat saluatorē: sicut lex gratiā pcucurrit. Quod aūt nondū natus ō secreto materni vteri pphetauit: et expers lucis iā testis est veritatis: hoc est intelligendū: quod latēs sub velamine: et carne latere redemptorē3 mundo spiritu predicauit: 7 nobis dominū nostrum de quodam legis vtero proclamauit. Lec. ij.

Rgo q2 iudei errauerūt: idest a lege q̄ xp̄o grauida erat: erraueruntа vētre: locuti sunt falsa. Ideo venit hic in testimoniū vt testimoniū phiberet de lumine. Quod aūt ioānes in carcere cōstitutus ad xp̄m discipulos suos ordinat: lex ad euāgelia trāsmittitur: lex iuxta typū ioānis q̄ si ignorātia clausa carcere in obscuro et in occulto iacebat: et iudaice cecitatis sensus intra litterā tenebat inclusus. De hoc beat9 euāgelista ploqtur. Ille erat lucerna ardēs: idest qō spiritus sancti igne succēsa: mūdo ignorātie nocte

possesso lumē salutis ostēderit: ꝛ q̄si intra dēsissimas delictoꝝ tenebras splendidissimū iustitie solē lucis sue radio p̄mōstraret: ꝺ se ipso dicēs. Ego vox clamantis in deserto: idest in gētiū populo. Vacua eni timore dei pectora et spiritu scō carētia: (L. iij. deserto squalentis heremi cōparātur. Desertus eni erat hic mūd⁹ a cultura fidei et timoris dei ꝛ peccatoꝝ spinis obsit⁹: squalebat tāquā ager incult⁹. Et nullū penit⁹ fructū: nullā bonoꝝ operū fecūditatē obtulerat: quia nullū hymbrem gratie spiritualis exceperat. Mittit̄ beat⁹ ioānes: q eū per p̄phetică atq; apostolică predicationem annūciādo penitentiam: quasi rudem campum proscinderet: fecundaret: et excoleret: diuini verbi seminibus impleret: et ad maturam frugem: idest ad regenerationis gratiam p̄pararet. Jam illud quante glorie est: quod zacharie sacerdoti senī: et helisabeth sterili: a gabriele idest ab illo angelo promittitur filius: a quo marie matri domini natiuitas nunciatur: et quasi ex aliquo similis domino promititur filius sterili ante filium virginis. Nescio quam magni miraculi: ipsa nouitate declarans insperatam prolem: sterilitas muneratur que nouo partu erat miranda distandaq; virginitas. Lu. Lec. iiij.

P Remittitur ergo lucerna ante solem: seruus ante dñm: amicus ante sponsū: p̄co āte iudicē: vox āte verbū. Et ideo de se dicit. Ego sum vox clamantis in deserto. Quid est quod beatus ioannes vocem se esse dixit? Idest quia verbi annūciator: et p̄dicator erat. Hic iam sollicite requiramus: quid inter verbum sit ꝛ vocem. Scripture sacre verbum esse diffiniunt: quod inter animi silentium mente concipimus. Verbum esse deffiniunt ipsam cogitationē: q̄ adhuc itra ꝯsciētie secreta retinet̄: vocē vero p quā verbū p̄fert̄ i mediū. Vox son⁹ ē index: cogitationis vel bū. Caro ipsa cogitatio. Sicut eni q̄ndo v̄bū corde ꝯcipim⁹: necessaria ē vox: q̄si q̄ddā vehiculū v̄bi: ꝛ quoniā licet v̄bū ipsum p oris sonū ad aliū trāsferam⁹: tamē itegrū: ꝛ iā intra nos idest clausū ad loq̄ndū trāsfert̄: vt tātū in sua sede teneat̄: ita omnipotēs pat̄ inotescere nobis volēs sapiētiā et v̄bū illud: q̄d in principio erat deus apud deū: sicut ipse testat̄ eructauit: cor meū v̄bū bonū: sanctū ioannē quasi vocē per quā ad nos verbum suū p̄ferret assumpsit. Q̄d v̄bū de illa sede ita ad nos d̄scēdit: vt in sinu idest i p̄fūdo p̄n̄ipectoris p̄maeret terrā visitās: ꝛ celestia nō relinq̄ns. L. v.

H Anc itaq; gl'iaz beat⁹ ioānes baptista nō de lōgiquo sic relig

prophete: sed vicinus z proximus antecessit. Illi aduentum regis ante multa tempora predicauerunt: alij dixerunt quomodo venturus esset: alij ecce cito veniet: iste venturum predixit: et venisse monstrauit: et prophetiam suam ipso quem annunciabat assistente compleuit. Adhuc itaqz in vtero matris sue spiritu sancto repletus: z suam ipsius natiuitatē prophetando preuenit: ad similitudinem domini sanctificatus ante quam genit⁹. Intra viscera exultās: z saluatoris aduētū materno ore ppbetās: vere lucerna ardēs: in quo tā singularis grā diuine dignatiōis effulsit: vt iāqz affore redēptorē sue genitricis voce narraret: et p eā velut quandā veritatis lucernā: nōdū in lucē plat⁹ ostenderet. Hic ē ille: qui noui z veteris testamēti idone⁹ ē mediator: z gloriosi agni dignus ostensor: q dominum suū z annūciare vno tēpore meruit: et videre Una eadēqz sue natiuitatis etate: z noua icipiēs z vetera icludēs. De psona hui⁹ euāgelista testat. A dieb⁹ ioānis: regnū celorum vim patitur. Tu autem. Lec. vj.

Dominus quia familiariter mens humana in diuersis mundi huius illecebris et concupiscentijs deuicta fugit laborem: expetit voluptatem: et vix adducitur vt consuetudinem a se vite prioris excludat. Sed cum ceperit cogitare vltimi diei necessitate ac futuri iudicij pondus: incitata et stimulata: vl' timore supplicij voluntarium bellum indicit passionibus: et vim facit pristinis desiderijs suis: et violenter se vincere ipse contendit. Non enim sine violentia fieri potest: vt de abundantia et delicijs ad famem et sitim abstinentiam et crucem transeat: vt somno prius et ocio amicam carnem contritione vigilijsqz conficiat. Non inquam sine violentia fieri potest: vt vnusquisqz iracundiam patientia superbiam humilitate cōmutet: amore paupertatis ac sufficientia affluentiam superfluam et violentiam sobrietate: luxuriam castitate condemnet: et homo subito in virum transformetur perfectum: z quodammodo alter reddatur ex altero: ac sic a talibus per violentiam regnum celeste diripitur. Duo autem sunt abstinentie carnis genera: vnū corporale et aliud spirituale. Unū a potu atqz ab epulis tēpare appetitū: seqz a delectatiōib⁹ z mollissimis suauitatib⁹ coercere: z ab his q p tactū z gustū visūqz decipiūt sensū virilit' reuocare: ac violēt abstrahere. Alterz abstinētie carnis gen⁹ est pciosiū atqz sublime: mot⁹ aīe regere: z ptur bationes illi⁹ modesta trāquilitate placare: ire ac superbie impetus quasi feram

bestiam refrenare: litigare quotidie cōtra vitia sua: increpare se quadā cēsure austeritate virtutis: ꝛ rixā quodāmodo cū homīe interiori cōserere. Preciosa hec in cōspectu dn̄i et gloriosa crux cogitationes malas ī potestatē redigere: volūtates ꝓprias abnegare: easqꝫ interiori examinatione discutere: ꝛ regentis imperio subiugare. Lu. Secūdum lucam.

In illo tempore: Elisabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et reliqua. Lectio. vij.

Verbū impletionis sancta scriptura ī bonoꝝ tātū ortu: vl' obitu: vel actu ponere cōsueuit. Quoꝝ vitā plenitudinē ꝑfectionis habere significat. Deniqꝫ helisabeth impletū est tēpus pariēdi. Impleti sunt dies marie: vt pareret. Impleuit salomō: edificare domū dn̄i. Defunctꝰ est abrahā: vel alius aliqs patrum senex et plenus dieꝝ. Et postquā venit plenitudo tēporis misit deꝰ filiū suum. At contra: dies impioꝝ inanes sunt ꝛ vacui. Viri enī sanguinū ꝛ dolosi: nō dimidiabunt dies suos. Et audierūt vicini ꝛ cognati eius qꝛ magnificauit dn̄s misericordiā suam cū illa: et congratulabātur ei. Habet sanctoꝝ editio letitiā plurimoꝝ qꝛ cōmune est bonū. Iusticia enī: cōmunis est virtꝰ. Et ideo in ortu iusti: future vite insigne ꝓmittit᷑. Et cū gratiam seq̄tur virtꝰ: exultatione vicinoꝝ ꝑfigurāte signat᷑. Et factū est in die octaua: venerūt circūcidere puerū: et vocabāt eum nomine patris sui zachariam. Et respondēs mater eiꝰ dixit: neq̄quam sed vocabit᷑ ioānes.

Mire sanctꝰ euāgelista nō pretermittēdū putauit Lec. viij. quod plurimi infantē patris nomine zachariā appellādū putarunt: vt aduertas matri nō nomē alicuiꝰ displicuisse de genere sed id sancto infusa spiritu voluisse: qđ ab āgelo āte zacharie fuerat ꝓnūciatū. Et qđ ē ille mutꝰ itimare vocabulū filij nequit vxori: sꝫ ꝑ ꝓpheciā helisabeth didicit: qđ nō didicerat a marito. Et dixerūt ad illā. Qꝛ nemo ē in cognatiōe tua: q vocet᷑ hoc nomīe. Innuebāt patri eiꝰ, quē vellet vocari eū. Et postulās pugillarē scripsit: Ioānes ē nomē īnqt eiꝰ. Hoc et mirati sunt vniuersi: ioānes ē īnqt nomē eiꝰ: hoc nō ei nos nomen īponimꝰ: qꝛ iā a deo nomē accepit. Habet vocabulū suū quod agnouimꝰ non qđ elegimꝰ. Nec mireris si nomē mulier qđ nō audiuit asseruit: quādo et spiritꝰ sanctus qꝛ angelo mandauerat reuelauit. Neqꝫ enī poterat domini ignorare prenuncium: que prophetauerat christum. Et bene additur quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc nomine: vt intel

ligas nomen non generis esse sed vatis. Lec.ix.

Apertum est aūt illico os eius et lingua eius et loquebat̄ benedicēs deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum. Quia vox clamātis in deserto est nata: merito lingua est parētis soluta. Neq3 enim patrē a laudibus silere decebat: qui verbi precone sibi nato gaudebat. Quippe cui labia q̄ incredulitas vinxerat: fides iam soluit. Uerū hoc etia3 allegorice siquis perscrutari desideret. Joannis celebrata natiuitas gratie noui testamētī ē inchoata sublimitas. Cui vicini et cognati patris nomē q̄s ioannis imponere malebāt. Quia iudei qui legis obseruatione quasi affinitate vincti erāt magis iustitiam q̄ ex lege est sectari: quam fidei gratiā suscipere cupiebāt. Sed ioannis hoc est gratie dei vocabulū mater verbis pater litteris itimare satagūt. Quia lex ipsa psalmiq3 ac prophete: apertis sentētiaꝝ vocib9 gratiam christi predicant. Et sacerdotiū illud vetus figuratum cerimoniaꝝ et sacrificiorum vmbris eidem testimoniū pendet. Pulchreq3 zacharias octaua die prolis edite loquitur: quia per domini resurrectione3 q̄ octaua die hoc est post septimā sabbati facta est: occulta sacerdotij legalis archana patuerūt: linguaq3 pōtificū iudeoꝝ quā diffidentie vincula strinxerāt: intelligētie rationalis ē voce soluta.

In natale sanctorum ioānis et pauli martyrum. Lec.j.



Nomen natalis sanctorum ioannis et pauli: quorū primus prepositus: secundus fuit primicerius cōstantie virginis filie constantini. Qui cum omni die turmas christianorum recrearent ex his opib9 quas sacratissima virgo christi constantia reliquerat: peruenit hoc ad iulianum: et misit qui eos cōuenire dicens: debere sibi eos adherere. Illi vero responderunt Dijs imperatoris tuis: nos metipsos omnino subtrahimus. Sum9 enim nos non falsi: sed veri christiani. Quibus iulianus mandauit. Considerare debetis quia regia aula nutriti: non debetis deesse a latere meo: vt habeam vos primos in palatio meo. Quod si contemptus a vobis fuero necesse mihi erit agere: vt contemni non possim. Paulus et ioannes: dixerunt. Non tibi facimus hanc iniuriam: vt preponamus tibi qualemcumq3 personam.

Dominum tibi preponimus qui fecit celum et terram mare et om
nia que in eis sunt. Et scire te volumus: quia numquam ad salu-
tationem tuam: numquam ad palatium tuum veniemus. Tu autē

Lectio. ij.

Quibus iulianus ait. Decem diebus a me dantur vobis indu-
cie: vt decima transacta die sponte ad me venientes amicos
vos habeam. Non venientes vero tamquam hostes publicos
puniam. Tunc sancti viri ioannes et paulus: christianos ad se in-
uitantes ordinauerunt de omnibus que relinquere poterant et
per omnes dies decem incessanter nocte dieqꝫ elemosinis insi-
stebant. Die vero vndecima sunt constricti intrare domum suam
Missus namqꝫ est terentianus campiductor ad eos cum militi-
bus: hora cenandi. Qui ingressus inuenit eos orantes. Qui dixit
eis. Dominus noster iulianus statiunculam iouis auream ad
vos misit vt adoretis eam: et thura incendatis. Quod si non fe-
ceritis: ambo modo gladio feriemini. Non enim decet vos intra
aulam nutritos: vt publice occidamini. Joannes et Paulus: di-
xerunt Si tuus dominus est iulianus: habeto pacem cum eo. No
bis autem dominus non est alius: nisi vnus deus pater: et filius:
et spiritus sanctus quem ille negare non timuit. Et qui semel a fa
cie dei proiectus est vult et alios secum in interitum deuenire. Tu.

Lectio. iij.

Hec et his similia dū dicerent: ⁊ terentianus eos ad adorandum
iouem et thura incendēda impelleret: tertia hora noctis trās
acta terentianus volens placere iuliano sicut illi dictum fuerat
sine strepitu vt puniret eos: quod eadem hora factum est. Fecit
namqꝫ fieri foueam intra domum eorum: et decollari eos. Cum fe
cisset: iussit statim corpora eorum inuolui et reponi: faciens hanc
famam: quod iussu cesaris missi fuissent in exilium. Nullum eni
signum interfectionis eorum inuentum est super terram. Statim
autem iulianus in bello persarum interfectus est. Facto autem io
uiniano imperatore viro christianissimo: aperte sunt ecclesie et ce
pit religio christiana gaudere. Demones autem ex obsessis cor-
poribus intra domum pauli et ioannis eijciebantur confitentes
sanctam passionem eoꝝ: ita vt vnicus filiꝰ terentiani ꝗ eos nocte
occiderat: itra domū sanctoꝝ veniret: ⁊ ꝓ os eiꝰ clamaret demon:
quod paulꝰ ⁊ ioānes eum incēderēt. Cū quo terentianꝰ veniens:
prostrauit se in facieꝫ clamās qd̄ nesciēs quid fecerit homo paga



nus: iussum cesaris adimplesset. Unde factū ē: vt dato noīe suo ꝓximo die pasche ꝑcepit gratiam christi. Quod cū fecisset ꝛ post baptismū penituisset assidue orās: et flēs ad locū vbi sāctoꝝ corpora erant a sanctis dei: fili⁹ ei⁹ mūdatus est. Ipso aūt terētiano referēte: istā passionē sanctorum: scripta sunt hec ad laudem domini nostri iesu christi.

Secundum lucam.

In illo tēpore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Attendite a fermēto phariseorum: qđ est hipocrysis. Et reliqua.

AD hoc fermētū pertinēt omnia q̄ recūbens iesus apud phariseū superi⁹ disputauerat. De quo ꝛ apostol⁹ ꝑcepit. Itaqꝫ epulemur: Nō in fermēto veteri: neqꝫ in fermēto malitie ꝛ nequitie: sꝫ in azimis sincer.tatis et veritatis. Nā sicut modicū fermētū totam cui inijcit̄ massam corrūpit: quā mox cōspersione sui saporis cōmaculat: sic nimirū simulatio cuius semel animū imbuerit tota virtutū sinceritate et veritate fraudabit. Nihil autē opertum est quod nō reuelet̄: neqꝫ abscōditum quod nō sciat̄. Et quomodo in presenti seculo multos diu latet hipocrysis: de futuro tempore intelligendū ē: quādo iudicabit de⁹ occulta hominū. Nā sic vnus amicoꝝ beati iob: verissime dixit. Laus impioꝝ breuis ē: ꝛ gaudium hipocryte q̄si instar puncti. Si ascenderit vsqꝫ ad celū superbia ei⁹ et caput ei⁹ nubes tetigerit: q̄si sterqliniū in fine perdet̄. In fine inquit perdetur: q in ꝑncipio florere videbatur. Est ergo sensus. Attendite ne emulemini simulatores: qꝛ veniet ꝑfecto tēpus in quo ꝛ nr̄a virt⁹ omnib⁹: ꝛ eoꝝ reuelet̄ hipocrysis. Uerū qđ sequitur q̄ in tenebris dixistis: in lumine dicent̄. Et quod in aure locuti estis in cubiculis: ꝑdicabit̄ in tectis. Nō solum in futuro quādo cūcta cordiū abscōdita ꝑferent̄ ad lucē: sed in ꝑsenti tēpore pōt congruēter accipi. Quoniā que in tenebris quōdam pressurarū: carcerūqꝫ vmbris vel locuti sunt vel passi apostoli: nūc clarificat ecclesia per orbem.

REcta eoꝝ acta publice ꝑdicātur. Sane quod ait: ꝑdicabūtur in tectis: iuxta morem prouintie palestine loquitur: vbi solent in tectis residere. Non enim tecta nostro more culminibus sublimata: sed plano scemate faciunt equalia. Unde lex precepit vt q nouam domum edificaret: murū tecti poneret in giro ne funderet̄ ibi sanguis innoxius: labente aliquo et in preceps ruente. Et in tēpli constructione legimus. Texit quoqꝫ domum laquearibus cedrinis: et edificauit tabernaculum super omnem domum quinqꝫ

cubitorũ altitudine. Ergo pdicabit in tectis cunctis palam audientibus. Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab iis q occidunt corpus: ⁊ post hec non habent ampli⁹ quid faciant. Sic persecutores sanctoꝝ occisis corporib⁹ nõ habent amplius quid contra illos agant. Ergo superuacue faciũt insani: q mortua martyrũ membra feris auibusqꝫ discerpenda proijciunt: vel in auras extenuari vel in vndas solui vel per flãmas in cinerẽ faciunt redigi. Cum nequaqꝫ omnipotentie dei ea resuscitãdo viuificanti: obsistere possint. Lu.

Timete eũ q postquã occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Quia duo sunt genera psecutorum. Unum palã seuientiũ: alterũ ficte fraudulenterqꝫ blãdientium. Contra vtrumqꝫ nos munire atqꝫ instruere volens saluator: ⁊ supra ad hipocrysim phariseorũ attendere: ⁊ hic a carnificũ cede precepit non timere. Quia videlicet post mortem nec horum crudelitas: nec illorũ valet simulatio durare: dñm potius q semp manet videant esse placãdum: dñm q semp punire vel liberare potest: intelligant esse timendũ. Nonne quinqꝫ passeres veneũt dispondio: ⁊ vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Si minutissima inquit animalia et que quolibet modo per aera feruntur volatilia de⁹ obliuisci nõ potest: vos q ad imaginem facti estis creatoris non debetis terreri ab his q occidunt corpus. Quia q irrationabilia gubernat: rationabilia curare non desinit. Dispondi⁹ quo quinqꝫ passeres veneunt idest venduntur genus est ponderis leuissimi ex duobus assibus. Querit fortasse aliquis quomodo dicit apostolus. Nunquid de bobus cura est deo? Cum vtiqꝫ bos passere pciosior existat. Sꝫ aliud cura: aliud vero est sciẽtia.

dos maneras [illegible] de persecuciones

¶ In natali sancti zoyli martyris.



Sanctus igitur zoylus cordube ciuitatis ex preclaris parentibus originẽ ducẽs flore iuuentutis cum gloriosius educaretur: lapsum humane conditionis in futurũ precauẽs: sancte deuotionis in eius animo tam viriliter cepit rutilare constantia: vt totius religiõis viros approbatos eius sanctimonia transcendere videretur. Cum vero tyrannorum rabies in xpianos persequẽtiũ acrius deseuiret: in supradicta ciuitate quasi lilium inter spinas suaue redolens beatus zoyl⁹ repertus est: q nulla spe fruendi seculi delectans: martyrio coronari siti- Le. i.

bundo pectore constanter desiderabat. De superstitione christianitatis apud crudelem iudicem accusatus. Hunc sibi primit⁹ maluit presentari: credens si illũ torqueret cui⁹ insignia nobilitatis latere nõ poterant: facilius ad sacrificia minores inclinaret. Quẽ cũ vidisset: hactenus inqt frater charissime prauo consilio infantie tue primordia corrupta sunt qd etati tue infra annos adhuc posito parcẽdũ est ita vt deinceps imperatoꝝ leges sanctas infirmare ne ꝑsumas ne tui generis nobilitas ꝑ te detrimẽtum patiatur.

Nam si nostris aquiesces consilijs digno stipatus Lec. ij. honore precioso palatio poteris residere. Nonne deoꝝ cultura nostros beauit maiores: quib⁹ etiã elemẽta subsistunt. Christiani autẽ (nescio quẽ) christum colentes: multis attriti miserijs alij patibulo sunt affixi: alij ligati stipitibus ꝛ sagittis vulnerati: alij lapidibus obruti: alij carcerib⁹ mãcipati: alij diuersis tormentorum generibus trucidati sunt: quia deorũ culturã irritam fecerũt. Et credimus quia per ignorãtiam errasti: quare satisfactionẽ tuam clementius suscipiendam decreuimus. Nõ enim est dignũ vt flos tue nobilitatis velut cuiusdam vilis ꝛ ignoti extermineẗ. Cui spiritus sancti plen⁹ dogmate beatus zoylus respõdit. Diu tibi prebui silentium tuas auscultans blanditias. Nunc vero qꝛ fides monet: prudentie tue respondere me iubeas. Quid mirũ si fideles ab infidelibus tormẽta pertulerũt: cum aut mũdi redẽptorem ignorantes damnare nõ timuerũt. Nam vt legitur si cognouissent dominum gratie non crucifixissent Lu. Lectio. iij

Hoc idem suis iturus ad passionẽ discipulis: dñs dixit. Si me ꝑsecuti sunt: ꝛ vos persequẽtur. Unde memores apostoli cũ ꝑsequerẽtur: ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilij: qm̃ digni habiti sũt ꝓ noĩe iesu cõtumelias pati. Sic martyres ludibria ꝛ verbera experti insup ꝛ vincula ꝛ carceres: lapidati sunt: tẽtati sunt ĩ occisione gladij mortui sũt. Hi empti sunt de terra ꝛ lauerũt stolas suas ĩ sãguine agni. Qui vero verbis blasfemis ꝛ idolorũ cultorib⁹ ꝓ hui⁹ vite fragili desiderio assentiũt spẽ future beatitudinis irrecuꝑabili ter amittũt: apostolo testãte q ait. Si in hac vita tãtũ sꝑantes sumus: miserabiliores oĩbus sum⁹. Ad hec seu⁹ tyrãnus respondit Uobis nescio cui⁹ xp̃i sectã tenẽtib⁹ non verbis sed tormẽtis respõdẽdũ ẽ: qꝛ ita seducti estis qd vobis metipsis misereri nõ vultis. Elige ergo qd tibi sanius senseris: aut honorifice nobiscũ viuere: si dijs sẽpiternis sacrificaueris: aut inhoneste cũ reprobis sire

gias fedaueris dignitates diuersis tormẽtis mori. Tu autem domine. Lectio. iiij.

QUi tale respõsum scũs reddidit heros. Quãto corpꝰ meũ in tua modo ĩfirma potestate corrũpis: tãto glĩa mea tua tormẽta non pauescens: sublimiꝰ crescit. Dñs nobis in euãgelio p̄cepit dicens. Nolite timere eos q̃ occidũt corpꝰ: aĩaȝ autẽ nõ possũt occidere: sed potiꝰ eũ timete q̃ potest aĩam ⁊ corpus perdere in gehẽnã. Nr̃a tormẽta breui terminãda sunt. Ur̃a aũt vbi tp̃a incipiẽt sine fine durare nemo fidelis q̃s nesciat? Tũc p̄ses iubet illũ flagellis affici in oĩ tormẽtoꝝ genere vt cũ plus torq̃ret plus xp̃ȝ cõfiteret in eo expẽdi. Cumq̃ȝ nec sic se ꝓficere videret: ⁊ vt a bono sanctũ martyrẽ posset reuocare ꝓposito: amaricato felle cõmotus vibratis in eũ oculis stridens dentibus furibũdis laxatis habenis totis viribus in eiꝰ tormẽtis debacchat̃. Deniq̃ȝ se victũ sentiẽs: iã oĩbus allatis penis cũ qd̃ ei faceret ãplius excogitari non posset euaginato glac io: sanctũ decollauit martyrẽ. Tu. Le. v.

O Sũma iuuenis cõstantia q̃ dñ vici putaret̃ fide ꝓtectus bellicosos viros inermis supauit. O omni laude dignissimũ virũ q̃ adhuc in p̄meuo iuuẽtutis flore positꝰ nullis fractus oblectationibꝰ: sȝ ꝓꝓ̃o sanguine suo migrauit ad dñz: p q̃ue ꝓ minimis maxima: p terrenis celestia: pro caducis eterna se adepturũ nõ nesciuit: sicut scriptũ est. Uincẽti dabo edere de ligno vite qd̃ ẽ in padyso dei mei. Uictoriosas beatissimoꝝ martyꝝ turbas: ⁊ innumeras sanctorum confessorum cateruas quas supnis coronatis cetibus credimus angelico collegio sociatas nulla mens hominũ eoꝝ munimina valet enarrare vel numerare: pro quorũ suffragiis vniuersa plebs hostis insidias superat: ⁊ caduca mortis corpora morborum varietate detenta: ac validis languoribus occupata: repẽte salꝰ incolumis sequitur: ⁊ egra illuuie iam depulsa sospitatis ad cumulũ restaurãtur. Unde nec atrocissime mortis eos rapina cernitur retinere: quoꝝ somnus potius dari credit̃ ad quietẽ. A quibus ⁊ mortuis vita nõ ceditur: ⁊ mestitiam patientibꝰ letitia per (ennis affertur. Tu autẽ. Lec. vi.

SEd ex his quantum ad me pure relationis glĩosa fama pduxit: ⁊ preclaris titulis sancta narratione scire non distulit: dignum puto sequentibus populis faciliꝰ scriptũ transmittere: quam rem veraci recordatione repertam silentio preterire. Ne dum tãti thesauri copiã celãdo obteximꝰ ingẽti negligẽtia reos nos modis oĩbꝰ sentiamꝰ. Igit̃

cum apud vrbem romam beatissimi confessores torquatus secundus vidalentius: ꝛ tisessonsus eufrasius: cecilius: ꝛ isitius a sanctis apostolis sacerdotium suscepissent ꝛ ad tradendā hispanie catholicam fidem que adhuc gentili errore detenta idoloꝝ supstitione pallebat profecti fuissent: diuino gubernaculo comitante ad ciuitatem acitatam deueniunt. Qui cum procul ab vrbe quasi stadia duodeci fatigatis artubus resedissent: vt membris que fuerāt itineris prolixitate confecta paulisper indulgerēt ꝛ sese amātibus in quo longeuū iter attribuerat quiescēdo reficerēt: atqꝫ arrepto calle illa sfabiliter graderentur. Et licet mēbris corpis: qbus gestabant viderētur attriti: erāt tn̄ celesti auxilio ꝛ grā spūali firmati.

¶ In vigilia apostoloꝝ petri ꝛ pauli.

Secundum Joannem.



In illo tempore: dixit simon petr⁹ ad dn̄m iesum. Ecce nos reliquimus oīa ꝛ secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

¶ Omelia bede presbyteri. Lectio. i.

Disputauerat superius dominus contra diuites huius seculi dicens. Facilius est camelū per foramē acus transire: quā diuitem intrare in regnum celorum Quod audientes apostoli ꝛ intelligentes qꝛ nō solum apud dn̄m diuites habentur q diuitias possident: sꝫ etiam illi q eas habere desiderant: dixerūt. Dn̄e quis poterit saluus eē? Sed beat⁹ petr⁹ pro se ꝛ p oībus discipulis respondens: dixit. Ecce nos reliqmus omnia: ꝛ secuti sumus te. Tu autem. Lectio. ij.

Hec sancti euangelij lectio post apostolos illis specialiter congruit: qui cuncta mundi implicamēta pro amore diuino postponere: ꝛ pauperiem cōmunemqꝫ vitam in cenobijs eligunt ducere. Qui si quod agunt corpe mēte quoqꝫ tenuerint: ꝛ ipsi cū petro apostolo dicere poterunt. Ecce nos reliquimus oīa ꝛ secuti sum⁹ te. Quib⁹ in verbis magna beati petri est animaduertēda dicti fiducia. Piscator enim erat: diues non fuerat: victum manu ꝛ arte querebat: ꝛ tamen confidenter dicit: dimisimus omnia. Tu autem domine. Lectio. iij.

Licet enim pro christo pauperiem tenuē qꝫ substantiā: nauim scilicet ꝛ retia tantum dimiserit: multa tamē immo oīa dimisit: qui volūtatē habendi deseruit. Sed qꝛ non sufficit omnia reli-

querere: nisi enim quisque dominum studeat sequi protinus adiungit: et secuti sumus te. Quid namque est dominum sequi nisi imitari? Ac si diceret fecimus quod iussisti. Quid ergo dabis nobis premii? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me. Quia nimirum multi relicta querunt sua: et tamen non secuntur christum. Nempe et socrates philosophus et multi alii gentilium cupiditate temporali vel sapientie vel favoris: divitias contempserunt. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. Ex hoc dicimus dominum iesum christum cum suis discipulis genus humanum iudicaturum iuxta quod et isayas de ipso dicit. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Nec vero putandum est duodecim solos homines genus humanum cum illo iudicaturos propter hoc quod dicit. Sedebitis super sedes duodecim: alioquin Paulus apostolus: qui plus ceteris laborauit: quid faciet: quoniam in loco iude mathias duodecimum substitutum legimus. Ergo ille qui tertius decimus est non erit cum illis duodecim ad iudicium faciendum: et ubi est quod ipse alibi dicit nescitis quia angelos iudicabimus. Tu autem.

In die. Lectio. i.



Simon petrus filius ioannis frater andree: ortus vico bethsayda prouincie galilee: que est iuxta stagnum genesaret: cuius prima vocatio nominis fuit bar iona qui interpretatur filius columbe. Idest spiritus sancti petrus in christi ecclesia firmamentum est. Cephas corpus christi. Idest ecclesie principatus et caput eius. Simon ioannis virginitatis generatio incorrupta est. Qui dum circa ioannem habebatur tertius iuxta matheum eligitur primus. Nec immerito quia apostolorum princeps est: et confessus est primus filium dei. Pastor humani gregis: petra ecclesie: clauicularius regni: amator domini atque negator. Confitendo laudatus: presumendo electus: negando lapsus: lachrymando purificatus: confessione probatus: passione coronatus. Cui nomen ex opere datur: titulus ex merito potestatis imponitur. Qui etiam ob humilitatem docendam: caput desuper tonderi instituit. Scripsit duas epistolas que canonice habentur quarum secunda a plerisque eius negatur propter stili cum priore dissonantiam. Sed et euangelium iuxta marcum: qui auditor eius fuit scribitur. Hic in galatia: ponti: capadocia: bitynia: asia: atque italia euangelium predicauit: atque in his harum virtutum signis effulsit. Pendulo gressu

fervidum mare calcauit. Preteriens umbra sua mortuos animauit. Claudis pristinu̅ reintegrauit officium. Tu aute̅. Lectio. ij.

Paraliticis fluida me̅bra in proprio reparauit statu. Inter hec defu̅ctam viduam suscitauit. Anania̅ et saphiram reos perfidie mortis animauersione damnauit. Simone̅ magicis artibus celuz etia̅ conscendentem: ad terra̅ elisit. Hic postqua̅ antiochia fundauit ecclesiam: sub claudio cesare contra eundem simone̅ magu̅ roma̅ perrexit: ibiqz pergens euangeliu̅ christi predicando: viginti quinqz annis eiusdem vrbis tenuit po̅tificatu̅. Ubi ordinauit duos episcopos. linum et cletum: q presentialiter ministeriu̅ sacerdotale in vrbe romana populo et superuenie̅tibus exhiberent. Ipse vero orationi et predicationi opera̅ dabat. Clemente̅ vero post se papam ipse ordinauit: et xpianis vt ei obedirent vt sibi impauit. Te ei igitur neronis cesaris erant rome salutiferi doctores xpianorum petrus et paulus apostoli per quos du̅ fides du̅i nostri iesu xpi in omnium cresceret mentibus et religionis propagare̅tur augmenta: qr essent sublimes operibus: et clari magisterio: ob virtutem diuine gratie: nero per symonem magu̅ vehementer aduersari cepit apostolis. Quia diuersis illusionib' demonu̅ ita magus cesaris animu̅ obtinuerat: vt eum salutis sue presulem viteqz custodem remota ambiguitate confideret. Tu autem. Lectio. iij.

Nam et bellorum victorias et subiectiones gentiu̅: et prosperitatem rerum se p eum in oibus habiturum esse credebat. Sed petrus apostolus vanitates eius et flagitia vniuersa detexit: qr veritatis lux et verbi diuini claritas q ob salute̅ hominuz nup effulserat: totius mendacij caliginem de humanis mentibus: discussis per apostolos ignorantie tenebris effugabat. Tunc simon magus veri luminis fulgore percussus per apostolos: ignora̅tie tenebris effugabat cecitatem continuo male sane mentis incurrit: quippe q iam a iudea per apostolum petrum de his q gerebat sceleribus confutatus: tra̅s marina̅ igressus fuerat fuga̅. Et cu̅ i alijs terraru̅ partibus petri erat expertus potentia̅: ta̅de̅ pueniens roma̅ ausus e̅ se iactare q̅ posset mortuos suscitare. Ipso te̅pore erat defunctus q̅da̅ adolescens nobilis propinquus cesaris. Ubi cu̅ multa turba populoru̅ aduenisset: sciscitaba̅t abinuice̅ si ee̅t aliqs q posset mortuu̅ suscitare. Celeberrim' tu̅c scilicet petr': in his opibus habebatur. Sed qr apud gentiles nulla huius firmabatur fides: dolor tamen quia exigit inquirit remediu̅: perrectum e̅ ad

petrum. Fuerunt equidem qui etiam simonē accersiendum puta
rent: et vtrique affuerūt. Tunc petrus ait ad eos: vt simon qui de sua se
iactabat potētia: si posset mortuū suscitaret. Si ille nequisset et sine
ret defunctum: vt christus opem ferret defuncto. Simon vero qui
putabatur apud gentiles magne esse potentie: cōditionem inter
posuit. Ut si ille mortuum suscitaret: petrus occideretur: qui tante
potestati verbis audacibus lacessendo irrogauisset iniuriā. Si ve
ro illo nihil agente Petrus mortuū suscitasset magus simili sen
tentie quam in apostolum data fuerat subiaceret. Lectio. iiij.

Talis cū esset interiecta conditio: qeuit petrus. Excursus est si
mon et accessit ad lectulum defuncti. Incantare atque murmu
rare dira clam carmina vt cepit: visus est circūstantibus caput agi
tare defunctus. Clamor gentium ingēs attollitur: quod iam viue
ret: quod iā cum simone loqueretur. Mira indignatio in petrum est
omnium cepit eo quod esset ausus se tante potestati cōferre. Tūc
sanctus petrus fieri silentium postulauit: et ait ad eos. Si viuit de
functus loquatur. Si suscitatus est surgat et ambulet. Fabuletur
fantasma hoc scitote: non veritatem esse quod cerniter: commo
tum caput esse defuncti. denique inquit separetur magus a lectulo
et ad plenum figmenta diaboli denudabuntur. Educitur simon a
lectulo: sine vlla spe vite manet defunctus immobilis. Assistit pe
trus a longe: et intra se orationi paulisper intentus: cum magna vo
ce ait. Adolescens tibi dico surge. Sanet te dominus noster iesus christus
Et statim surrexit adolescēs et locutus est: et ambulauit et dedit eū
matri sue viuentem. Et tunc rogabatur: vt ab eo qui eum fecit ex
mortuis resurgere: non discederet. Tu autem. Lectio. v.

In nomine iesu christi cuius nos serui sumus secura esto ma
ter de filio: et ne verearis. Habet enim custodem suum. Et cum
vellet populus magum Simonem lapidare ait Petrus. Satis est ad
penam eius: quoniam agnoscit se in suis artibus superatum: vi
uat: et regnum Christi crescere videat vel inuitus. Torquebatur
magus: et apostolica percussus gloria discedit seseque ad omnem ex
citat carminum suorum potentiam. Congregat populum: offensū
se dicit a galilea: relicturum se vrbem quam tueri soleret. Diē sta
tuit: quo per volatū supernis se sedibus iactari permitteret inuehēdū
Quin etiā quando celū peteret cōscendēs: in sua potestate consisteret.
Statuto die montē capitoliū ascēdit: ac se de rupe eijciēs volare cepit
Quē mirari cepit populus: ac venerari plerique dicētes dei esse potētiā

non hominis: q cum corpore volaret ad celum. Nihilque tale xpm (fecisse dicut. Lectio. vj.

Tunc petrus in medio stans ait. Domine iesu christe ostende virtutē tuam: et ne permittas his vanis artibus decipi populum q tibi est crediturus. Sic decidat domine: vt viuens se cōtra tuam potētiam nihil potuisse cognoscat. Cumque hec lachrymis orasset ait. Adiuro vos in noīe iesu xpi angeli sathane q eum fertis: vt dimittatis eū. Et statim i voce petri dimissus a demonibus implicitis remigijs alarū quas sumpserat corruit. Nec statim exanimat⁹: sz tot⁹ fract⁹ corpe: debilitatisque cruribus post paruum horarū spatiū: ibi exspirauit. Quod vbi neroni compertum ē deceptū se ac destitutū dolens: sublatumque sibi virum vtilem ac necessarium rei publice: indignatus querere cepit causas: quibus petrū occideret. Et iam dies aderat: quo sancti vocarent apostoli. Denique dato a nerone pcepto: vt petrus comprehenderetur: sanctus apostolus rogabat ab omnibus: vt sese alio loco conferret. At ille resistebat dicens: nequaquam se eē facturum: vt tanquam metu mortis fugeret territus: quippe conscíret sibi et omnibus pro passione xpi mori: et immortalitatis gloriā adipisci. Cumque hec et alia petr⁹ obtexeret: plebs lachrymans ne se relinqueret ne se imminētibus pcellis christianorū despiceret precabantur. Tandē lachrymis victus populorū ac fletib⁹ acquieuit: promisitque se vrbe egressurum. Proxima igitur nocte salutatis fratribus: celebrata oratione proficisci solus cepit. Ubi ventum est ad portam: vidit sibi xpm occurrere: et adorans eū ait. Domine quo vadis? Et dñs ad eū. Uenio romā iterum crucifigi. Intellexit aūt petr⁹ de sua passione hoc dictū: in quo xps passus eē videretur: quem pati constat in singulis: nō dolore corpis sz misericordie cōtemplationis et pietatis affectu. Itaqz petr⁹ reuersus intra vrbem romam: cū gaudio narrabat fratribus: quod ei obui⁹ fuisset dominus iesus: et narrasset ei: quod in ipso esset iterum crucifigendus. Tu autem. Secundū matheum.

In illo tpe: venit iesus in ptes cesaree philippi: et interrogauit discipulos suos dicēs. Quē dicūt hoīes esse filiū hominis?

Philipp⁹ iste ē fr̄ herodis ¶ Omelia bede p̄sbyteri. Le. vij. de quo supra dixim⁹ tetrarcha ituree et traconitidis regionū qui in honorē thiberij cesaris: cesaream q̄ nūc paneas dicitur appelauit: et est in prouintia phenicis. Et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt hoīes esse filium hoīs. Nō qrit quē me

dicūt esse homies sʒ filiū hominis: ne iactāter de se q̄rere videret̄. Et nota q̄d vbicūqʒ scriptū ē in veteri testamēto fili⁹ hominis in hebreo positū sit fili⁹ adā. Illudqʒ q̄d in psalmo legimus: filij hominū vsquequo graui corde: i hebreo dicit̄ filij adam. Pulchre aūt interrogat: quē dicūt esse homines filiū hominis: q de filio hominis loquūt̄ homines sunt: q vero diuinitatē ei⁹ itelligūt nō homines sed dij appellāt̄. At illi dixerūt. Alij ioānē baptistaʒ. Alij autē heliā: alij vero hieremiā: aut vnū ex ꝓphetis. Miror quosdā interpretes causas erroꝝ ingrere singulorū: et disputationem longissimam texere. Quare dominum nostrum iesum christuʒ alij ioannem putauerunt. Alij heliam. Alij hieremiam: aut vnum ex prophetis cum errare potuerint in helya: et hieremia: quomodo errauit herodes in ioanne dicens: quē ego decollaui ioannem ipse surrexit a mortuis: et virtutes operantur in illo. Lec. viij.

Vos autē quē me esse dicitis? Respondit symon petrus: tu es christus filius dei viui. Prudēs lector attende: quod ex cōsequentibus textuqʒ sermonis: apostoli nequaquam homines: sed dij appellantur. Cū enim dixisset: quem dicūt homines esse filiū hominis? Illis quia homines sunt humana opinātibus: vos qui dij estis: quem me existimatis? Petrus ex persona omnium apostolorum profitetur: tu es christus filius dei viui. Deum viuū appellat: ad comparationem deoꝝ eoꝝ qui putantur dij: sed mortui sunt: saturnum: iouē: cererē: liberū et cetera idoloꝝ portenta significans. Respodēs iesus dixit ei: Btūs es simō bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis: quod caro et sanguis reuelare non potuit. Idest doctrina humana: spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex cōfessione sortitur vocabulū quod reuelatiōe ex spiritu sancto habeat: cui⁹ ⁊ fili⁹ appellādus sit. Siqdē bariona: in lingua nr̄a sonat fili⁹ colūbe. L. ix.

Alij simplicit̄ accipiūt q̄d simō. Idest petr⁹ fili⁹ sit ioānis: iuxta alteri⁹ loci interrogationē. Simō ioānis diligis me? Qui respōdit. Dñe tu scis. Et volūt scriptoꝝ dici vitio deprauatuʒ vt pro bariotana. hoc est fili⁹ ioānis bariona scriptū sit: vna detracta sillaba. Johāna aūt interpretat̄ dñi gr̄a. Utrūque aūt nomen mystice intelligi potest: q̄d ⁊ colūba spiritū sanctū: gr̄a dei donum significet spirituale. Illud quoqʒ q̄d ait: q2 caro et sanguis nō reuelauit tibi: apostolice narrationi cōparat in q̄ ait. Cōtinuo nō ag eui carni et sāguini. Carnē ibi ⁊ sanguinē dicit iudeos: vt his quo

qꝫ sub alio sensu demõstratᷣ quod ei non per doctrinã phariseorũ sed per gratiã christus dei filiꝰ reuelatꝰ sit. Quid ẽ qd̕ ait. Et ego dico tibi: quia tu es christus filiꝰ dei viui. Et ego dico tibi: nõ ser mõe casso ꝛ nullũ habẽte opꝰ: sꝫ dico tibi: qꝛ meũ dixisse ꝛ fecisse ẽ.

Cõmemoratio sancti pauli. Lec. j.



Aulꝰ q̃ ãtea saulꝰ apostolꝰ gẽtiũ aduocatꝰ ĩ terrã ꝓstratꝰ: q oculatꝰ cecidit: cecatꝰ surrexit ex ꝑsecutore effectꝰ ẽ vas electiõis: ꝛ ex lupo ouis. Int̃ apostolos vocatiõe nouissimꝰ: p̃dicatiõe p̃mꝰ. In lege gamalielis discipulꝰ in lege xp̄i viuus. Cuiꝰ patria tarsũ fuit: iudea genitꝰ d̕ tribu beniamĩ. Hic secũdo post ascẽsionẽ dñi ãno baptizatꝰ dignitatẽ meruit ap̄l̕atꝰ: atqꝫ plꝰ omnibꝰ laborãs: multo latiꝰ iter omnes vbi gratiã seminauit atqꝫ doctrinã euãgelij cũ sua p̃dicatiõe cõpleuit. Incipiẽs enĩ ab hierosolymis vsqꝫ ad illicũ et italiã ꝛ hispaniã ꝓcessit: ac nomen xp̄i mãifestauit gẽtibꝰ: qbꝰ nõ fuerat d̕claratũ. Cuiꝰ miracula ista esse cognoscũtᷣ. Raptꝰ sursũ: tertiũ celũ cõscẽdit: dimersus deorsũ in ꝓfundũ nocte ꝛ die fuit. Seducẽtẽ ꝑhitõis spũm ĩperata discessiõe damnauit. Patrẽ publij a febribꝰ orãdo sanauit: adolescenti mortuo vitalẽ reitegrauit spm̃. Cecitate pertulit magũ: claudo propriũ reformauit incessum. Viri quoqꝫ serpentis nec sensit nec horruit morsũ: sꝫ igni dedit arsurũ: non a mordente lesus. Lec. ij.

OB amorẽ quoqꝫ christi multas passiones grauiaqꝫ tormenta sustinuit. In primis iudaicas ꝑsecutiones et gentiũ: miserias et laborẽ: famẽ: sitim: frigus et nuditatẽ: die nocteqꝫ profundũ Naufragia: ꝛ mille pericula: rabiẽ ferarꝫ: et vulnera: carcerales tenebras ꝛ tormẽta catenarꝫ calores et vincula. Inter hec ligatus a iudeis traditus a gentilibꝰ: lapidatꝰ ad necẽ. In sporta per murum a fratribꝰ dimissus virgis ceditᷣ: penis artatᷣ: in carcere vinctus: terremoto facto resoluitᷣ. Scripsit aũt nouem ad septem ecclesias epistolas. Ad romanos vnam. Ad corinthios duas: ad galatas vnam: ad ephesios vnã: ad philipẽses vnã: ad colossenses vnã: ad tessalonicenses duas. Preterea ad discipulos suos thimotheum duas: titũ vnã: philomenẽ vnã. Epistola aũt q̃ fertᷣ ad hebreos nõ eiꝰ creditᷣ ꝓpter stili ꝛmonisqꝫ dissonãtiã: sed vel barnabe iuxta tertullianũ: vl̕ luce euangeliste iuxta quosdã vl̕ clemẽtis romane ecclesie pape: quẽ dicũt sentẽtias pauli: ꝓprio ordinasse ser

mōe vł certe q̄ꝫ paul⁹ ſcribebat ad hebreos: ⁊ ꝓpt̄ inuidiā ſuī apō eos nomīs titulū i ꝑncipio ſalutatōiſ āputauerat. Scripſerat aūt vt hebre⁹ hebrayce idest ſuo eloq̄o diſertiſſime: ⁊ ea q̄ eloq̄ntē ſcripta fuerāt in hebreo: eloq̄nti⁹ vtiſſe i grecū vicit: ⁊ hāc eē cauſā q̄ a ceteris pauli ap̄li diſcrepare videat. Ei⁹ itaq̄ eē nō alteri⁹ tota ecclīa iā firmiſſime tenet. Legūt q̄dā ⁊ ad laodicēſes ſꝫ ab oīb⁹ (explodit.

⁊. iij. Cum veniſſet romā lucas a galacia ⁊ tit⁹ a dalmacia expectauerūt paulū in vrbe. Quos cū adueniens paul⁹ inueniſſet letat⁹ ē valde: ⁊ cōduxit ſibi extra vrbē horrerū vbi cū his ꝺbū vite tractaret. Cepit iterea colligere miltitudinē maximā. Adijciebāt ꝑ eū fidei multe aīe operāte gr̄a dei: ita vt p totā vrbē ſon⁹ p̄dicatōiſ ⁊ ſcitatis ipi⁹ fieret: ⁊ exiret fama p vniuerſā regionē d̄ illo. Jam eni admodū innotuerat vrbi romāe: ſignis et p̄digijs et doctrina multa atq̄ mirabili ſanctitate: cōcurſus quoq̄ꝫ multus de domo ceſaris fiebat ad eū credētiū in dominū ieſum chriſtum: et augmentabatur quotidie fidelibus gaudium magnū et exultatio. Sed et inſtructor imperatoris adeo illi eſt amicicia copulatus vidēs in eo diuinam ſcientiā: vt ſe a colloquio illi⁹ tēperare vix poſſet: quatenus ſi ore ad os illum loqui non valeret: freq̄ntius datis et acceptis epiſtolis ipſi⁹ dulcedine ⁊ amicabili collogo atq̄ cōſilio frueref: et ſic eius doctrina agente ſpiritu ſancto multiplicabaf et amabaf: vt licite iā doceret: et a multis libentiſſime audiref. Diſputabat ſiquidē cū ethnicoꝝ philoſophis: et deuincebat eos. Unde et plurimi eius magiſterio man⁹ dabāt. Nam et ſcripta illius q̄dā magiſter ceſaris corā eo relegit: eti cūctis admirabilē reddidit. Senat⁹ etiā de illo alta nō mediocriter ſētiebat

⁊. iiij. Quadā dn̄iqꝫ die cū paul⁹ doctrīe īfuſiōēs: circa veſperā i cenaclo altiori turbas alloq̄ret: q̄dā patrocl⁹ delitioſuſ ⁊ picerna regis ipi⁹ ſe ſubducēs aſpectib⁹: abijt ad horreū vbi paul⁹ hoſpitabaf: documēta vite ꝑpetue auditur⁹. Inuitat⁹ enim ad hoc ⁊ aīo duct⁹ iā fuerat a ſodalib⁹ ſuis ⁊ ceſaris amiciſſimis: q ei⁹ familiari obſeq̄o pauli mōita ſectabāf. Sꝫ cū p̄ multitudīe populi ad eū itroire nō poſſet: aſcēdit ad feneſtrā excelſiorē: ⁊ ſecur⁹ i ea ſedit: vt ꝺbū dei comodi⁹ poſſet audire. deſiderabat nāq̄ꝫ feruēti aīo: pauli ꝑmōē ꝑfici. Sꝫ cū paul⁹ i lōgū ꝓtraxiſſet ꝑmonē iuuenis ſōno fatigaref: diaboli maligni iuidia dolēs ſup dilectionē ꝺbi dei: ⁊ ipi⁹ ap̄li quā ſtudioſ⁹ adoleſcēs hebat fecit iuuenē paululū dormitare. cadēſq̄ꝫ d̄ feneſtra ſat excelſa: ſpm̄ exalauit. q̄cū

mox neroni reuertenti a balneo fuisset nūciatum: q multa frequē tia dilectum sibi iuuenem requirebat: cōtristat⁹ est vsq; ad animā super mortem patrocli: statuitq; aliū ꝓ eo ad vini officiū: vt ei porrigeret poculū. Paul⁹ vero statī cognoscens quod gestum erat per spiritum: dixit ad plebē. Uiri fratres: inuenit locū malignus vt nos tentaret: sed dominus iesus christus more solito eius negotiū cōterēs cōuertet ad gloriā suā. Ite igit̄ foras et īuenietis iuuenem cesaris delicatū ex alto cecidisse: etiam nunc iacere exanimē Quē leuantes ad me hunc afferre satagite. Illi vero concito gradu pergentes confestim iuuenem mortuum attulerunt. Mirabantur autem turbe quomodo paulus rem gestam ex ordine cognouisset sibi nemine nunciāte. Dixit itaq; paul⁹ ad turbas. Nūc fides vestra patebit erga dominum iesum christum. Tempus est enim vt semen vite eterne in bonam terram deueniens: centuplica

(tione fructificet. Lec. v.

Accedite ꝗ plēa fide ad dn̄m deum nostrū: deprecemur illū vt restituatur aīa ei⁹ ī istud iuuenile cadauer: viuatq; meli⁹ quā dicit̄ vixisse. Et cū īgemuissent vniuersi ꝓcūbētes oratiōi: ait paul⁹. adolescēs patrocle: surge: et narra mihi ꝗnta tibi fecerit deus. Ad ꝗm vocē mox patrocl⁹ tāq; a somno surrexit ⁊ cepit gl'ificare deū q d̄dit potestatē talē hoib⁹. Nero aūt cū audisset patroclū eē d̄functū multū ɔtristat⁹ ē: ⁊ mittēs apparitores suos: iussit cōp̄hēdi apostolū. Qui cū adduct⁹ esset: arguebat in multis neronem: et magna fiducia loq̄batur de christo. Cumq; verbis eius non posset resistere nero: dixit militibus suis. Tollite hunc maleficum et auferte celerius ab illo caput. His dictis ductus est paulus ad supplicium. Lectio. vi.

Cum autem adduceretur: obuiauit cuidā matrōe nomine plātille: que credebat in christum. Que videns trahi apostolum ad mortem: cepit flere. Paul⁹ autem cōfortās eam dixit. Plantilla accomoda mihi pannū quo tegis caput: et expecta me donec reuertar ad te: et restituam tibi beneficium. Ligabo enim mihi caput vice sudarij. His dictis: peruenit ad passionis locum. Ubi ad oriētem versus: tensis in celum manibus diutissime cum lachrymis orauit hebraice. Et valedicens fratribus: benedixit eis. Ligans autē sibi oculos de plantille panno: collum tetendit. Spiculator vero in altum brachium eleuans cum virtute percussit: et caput abscidit. Quod postquam a corpore abscisum fuit: nomen domini nostri iesu christi clara voce hebraice personuit. Statimq; d̄

corpore eius vnda lactis in vestimenta militis exiliuit et postea sanguis effluxit. Stola vero qua sibi ligauerat oculos: cum eam quidã vellet rapere: non comparuit. Reuertentes vero spiculatores: irridebant plantillam. Quibus illa ostendit pãnum perfusum sanguine: narrans eis: quia vere apparuisset ei paulus. Spiculatores vero nimio timore correpti sunt: nunciantes neroni que audierant. Sepultus est via ostiensi anno post passionem domini tricesimo septimo. Hic de tribu beniamin et oppido iude didasco lus fuit: qui a romanis captus cum parentibus suis tharsum cilicie commigrauit. A quibus ob studium legis missus hierosolymã a gamaliele viro doctissimo erudit⁹ est. Cũ autem interfuisset neci martyris stephani: et acceptis epistolis a põtifice tẽpli ad persequẽdos eos q christũ crediderãt damascũ pgens reuelatione cõpulsus: ad fidẽ in vas electionis de persecutore trãslat⁹ est. Cũq primũ ad predicationẽ ei⁹ sergius paul⁹ pconsul cypri credidisset ab eo quod eum christi fidei subegerit sortitus est nomen.

In natale processi et martiniani martyrum.

Lectio.j.



indignationis īcrepat: ꝛ liuoris. Sed tale ponit exēplū quo doceat
eū maiorē eē q minor fuerit: ꝛ illū dn̄z q oīu₃ s̄uus sit: frustra igit̄
aut illi īmoderate q̄sierāt: aut isti dolēt suꝑ maius desideriū cū ad
sūmitatē v̄tutū nō potētia: s₃ humilitate veniat̄. Deniq₃ suis ꝑpo
nit exēplū: vt si dicta paruipēderēt: erubescerēt ad opa. Quisq₃
ergo in eterna vita maior esse voluerit: seruus ꝛ minister: humili-
ando predicando atq₃ ministrando omniū vestrū erit.

In natale scōꝝ cristofori ꝛ cucufa ti martyrum.

Lectio. i.


In cilicia ciuitate samon: natale sci xpofori martyris: q iussu decij regis in carcere clausus niceā et aqlinā: qs ipe tyrān⁹ ad seducēdū miserat ita conuertit: vt idola iouis et apollinis: qs antea colebāt xpi fide feruētes: zonis suis ligauerūt vt ad terrā psternerēt. Unde pcipiēte decio vna est mebris dirupta: altera e stipiti suspēsa et igni apposita: ac deide gladio trucidata. Scūs xpofor⁹ ligatis manib⁹ et pedib⁹: vgis ferreis cesus (E. L. ij

Deide i scāno ferreo et igne olei sup̄e suffuso posit⁹: ac stipiti appēsus et a militib⁹ sagittarū ictib⁹ pulsat⁹: sz sagittis a dextris eius et a sinistris suspēsis: vna ex eis velut vēti flamine retorta i ocl'm decij penetrauit. Sicqz data sētētia: idē athleta xpi est capite plex⁹. Post cui⁹ decollationē ipe dec⁹ ad sepulchrū ei⁹ altera die veniēs: sm pmissionē ipsi⁹ martyris: et oculi sui sanitatē recepit: et magnifice deū sci xpofori glificauit. Ipo die sci euticiāi pape et martyris q cū ecclīā romanā ānis viginti et septē post petrū rexisset: trecētos q̄dragitaduos martyres ppiis manib⁹ sepeliuit

In hispania (passusqz ē martyriū tpib⁹ aureliani. Le. iij. ciuitate barchinona: natalis sci cucufati martyris: q ex ciuitate sillitana oriūd⁹ fuit et barchinone sub galerio et maximino et rufino passus: pmo grauissime tort⁹ et cesus: deide catenis astrictus in craticula supextēt⁹ aceto et sinape pfusus assari iussus ē. Cūqz ab igne flāmarū globis illesus appuisset: ex pcepto ipi⁹ iudicis extra ciuitatē duct⁹: in ignē copiosū iterū piect⁹ ē. Quo diuino nutu extincto: iterz ferro victus i custodia retrusus est: vbi diuino splendore ɔsolat⁹. Iterz cardis ferreis et tauris crudelissime cesus i vltimo dictata snia cucufatē rebellē pncipū: et dijs sacrificare nolētē gladio feriri iubet. Octauo miliario a barchinona pduct⁹ ferro aiauersus martyriū ɔsumauit. Cui⁹ corp⁹ a xpiāis cū reuerētia sepelit⁹. Unde postmodū trāslatū ē nō lōge a parisiēsi ciuitate in ecclīā beatoz martyz dionisij: rustici et eleuterij: et cū honore tumulatū.

In nře scōz martyrū nazarij celsi

Nicomedie passio sci pātaleonis: q (et pātaleonis. Le. i cū iubēte maximiāo artē disceret medicie a p̄sbytero hermolao ad fidē xpi ɔuersus m'ta m'racl'a fecit patreqz suum senatorē eustorgiū xpi fidei subiugauit. Ob quā causā tēt⁹ ab eodē maximiano eculei pena et lāpadū exustione cruciat⁹ ē: sz inter hec dn̄o sibi appēte refrigerat⁹ tādē ictu gladij martyrium cōsu-

mauit. Eodē die sci nazarij: q cū eēt annorū nouē erudiebat a matre fideli de obseruātia diuine legis. Uidēsq̧ prēz suū nō i nea religione persistere: aliena vtiq̧ p̄cepta seruare: dn̄m tū oīpotētē scl'i asserere dicebat i semetipso. Que ē religio prīs mei: aut qd baptismū matris mee? Factū est vt sūmo studio certati festinaret addiscere: vtrū predicāre petro baptismi vnda purificaret: an in obseruantia sabbatorū patrē sequi debuisset. Cepit nāq̧ exinde mētis oculos ad celū dirigere: ⁊ quecūq̧ erant recta ⁊ vtilia vt sibi manifestarentur celo supplicare. Eratq̧ cū illo quietis solarium ⁊ oīum laborū solamē. Cūq̧ processu tpis etate: ſmone ⁊ sapiētia ꝓficeret pater eius tacit⁹ considerabat hec secū reuoluēs. Hic puer poterit in vrbe romana iplere ministerium religionis mee. Le. ij.

Post paucos itaq̧ dies recordatus beatus nazarius verbi prīs sui: q iā dixerat ⁊ tibi ministeriū dabo religiōis mee: ⁊ eris gloriosus in conspectu pricipū vrbis rome: abijt ad matrē suā dicēs Nescis mater quomodo fuerit patris promissio: vt mihi religionis sue cultū ostenderet: ⁊ legē suam vsq̧ ad perfectum doceret dicēs: tu docebis religionem meam apud vrbē romā? Cui mater Ostēdat inqt tibi de⁹ rex oīpotēs veritatis sue mysteriū vt merearis illuminari baptismo patris i quo ego sum baptizata: in noīe incorrupti ⁊ inuisibilis dei. Respōdēs nazarius ait. Rex est in quo baptizata es tu mr? Et ait illi. Etiā fili. Rex regū dn̄s creator celi ⁊ terre ac totius creature: q vniuersa dispensat ꝓprio arbitrio: cuius sapiētia cūcta viuificātur: ⁊ oīa moderant: cuius nutu principes regnant: tpa mutant tpibus: generationes generationibus succedūt. Eodē vero tpe residēte in cathedra romane eccl'ie scissimo lino episcopo: q btō petro ꝓxīa religione succedēs ecclesie ꝓfulgebat: accedens beatus nazarius dixit. Da mihi in dn̄o signaculū sacre regeneratiōis ⁊ vnda purifica vt ostēso veritatis lumine xp̄m ihm verū dei filiū corpe ⁊ corde credere: ⁊ lingua liberius valeam predicare: quē beatus linus episcopus suscipiēs baptizauit: ac confirmatū in oī veritate dimisit abire. Lectio. iij.

Egressus deniq̧ beatus nazarius ab vrbe roma: agens iter ꝑ singulas ciuitates italie: docebat oēm populum baptizari: quousq̧ ingreditur placentinam ciuitatem. Inde venit mediolani: vbi īuenit scōs martyres dei geruasiū ⁊ ꝓthasiū ab anolino ꝓ fide carcere mācipatos: quos fidelit cōfortās āmonet viriliť agere: vt in ɔspectu dei digni īuenirent. Qd cū audisset anolin⁹ ꝓses

ad se eu venire sub celeritate iussit:atq3 post impijssimam interrogatione cu repisset ipsus inviolabile costatia fussib9 iubet eu verberari dices Deos quos no colis:nec vitupes. Et qz logu e p singula imorari:post expulsione extra civitate:post susceptione pueri celsi apo vrbe tumola pses pcepit eos i carcere tenebroso recipi. Post modu dimissi abire:detenti sunt a cornelio vicario:ac missa relatione pducti sunt in aspectu neronis cesaris:q eos iussit in carcere recipi:vbi ab angelo visitati et confortati sunt:et educti de carcere deducutur ad simulacru vt degustaret aliqd de ignati sacrificijs Et orone facta stati loc9 ipe otremuit:et dissoluta idola in nihilu3 sut redacta. Quo audito nero eductos de teplo iussit gravi podere ferri constrigi:atq3 i carcere obscurissimu intromitti. Atq3 altera die in pfudu maris demergi:vbi visitatione divina sup vndas maris siccis pedib9 ambulauerut. Inde egressi cu p vicos et civitates pdicando infinita multitudinem credentium domino aggregasset iussu neronis anolin9 pses iussit eos extra civitate mediolanu foras porta romana duci et in loco q dicit tras muros occulte decollari. Regnate dno nro ihu xpo q cu pre.s.s.v.e.r.i.s.s. Ame.

In natale sanctorum martyrum felicis:siplicij:faustini:et beatricis. Lectio.i.



Rome via aurelia passio bti felicis:potificis:sub ostatino filio ostatini. Ide ostatin9 august9 osiliu hrticoru ac valete et vrsacij arrianoru approbas:qz ipe arrian9 erat ab eusebio nichomediesi baptizat9:eiecit scm felice vrbis epm de sede episcopat9 sui:et facta est psecutio maxima in clero:ita vt psbyteri et cleri plures necaretur et martyrio coronarent. Deposit9 hic beatissim9 papa felix habitauit in pdio suo qd est via portuesi et agetibus postmodu hereticis exinde leuat9:duct9 est in civitate et capite trucatus martyrio coronat9:qrto idus noueb is. Exide raptu corp9 eius a psbyteris et clericis sepultu e in basilica qua ipe ostruxit via aureliana qntodecimo kl's decebris i miliario secudo cui9 natalis celebrat qrto kl's augusti. Sedit aut in episcopatu ano vno mesib9 trib9 et dieb9 duob9. Le.ij

Ode die (scoru martyru simplicij faustini et beatricis tpib9 diocletiani et maximiani:q post multa ac diversa supplicia iussi sut capitale subire setetia:et ligato saxo in colla eoru iactari p pote q vocat lapi

deꝰ i tiberinis meatibꝰ. Quoꝝ corpa dei nutu iuēta et leuata ab altera sorore eoꝝ beatrice: et a beatis pſbyteris crispo et ioāne sepulta sunt i loco q appellat̃ sexta philippi via portuēsi: q̃rto kł's augusti. Beatrix aūt soror martyꝝ: cū moraret̃ apud venerabilē lucinā factū ē vt qdā lucinꝰ possessor lucrecij ābiret possessiūculā eiꝰ. Propter hoc itaqꝫ fecit teneri sāctā beatricē et educi ad sacrificādū. Le. iij.

Tunc beatrix exclamauit xp̄iana sū: nō sacrifico demōijs. Ducta ē itaqꝫ et carcerali custodie mācipata. Cūqꝫ in dei noīe libere ageret: fecit ā biciosus lucretiꝰ p̃focari eā noctu: quā venerabił lucina iuxta scōs martyres germāos eiꝰ sepeliuit: q̃rto kł's augusti. Post hoc igressus p̄diū scōꝝ lucretiꝰ dū ibi epularet̃: quedā mulier filiū lactabat: infātulꝰ corā oībꝰ huiusmodi vocē emisit. Audi lucreci. Occidisti et māsisti: ecce datꝰ es i possessionē inimici. Ad hāc vocē inuasus a maligno spū ibi in conuiuio p tres oras vexatꝰ emisit spm̄. Eodē die depositio scti lupi epī apud cretas: q cū germano venit britaniā: et q̄nq̄gīta et duobus ānis sacerdotio fūctꝰ ē. Qui tpe regis attile q galliam vastabat sicut in hymno eiꝰ canit̃ dū bella cūcta p̄deret orādo cretas munijt.

In nł'e scōꝝ martyrū aboō et senē.

Ome abdon et senē subreguloꝝ sub decio Le. i. impatore quos deciꝰ in cordula ciuitate p̄saꝝ sibi p̄sentari iussit. Quibꝰ dixit. Si stulti facti estis vt nō recordemini q2 nō colētes deos traditi estis in manꝰ romanoꝝ et nr̃as. Cui beatꝰ abdō. Magis nos victores sumꝰ facti deo fauēte et dn̄o ihu xp̄o q regnat i eternū. Jubēte ḡ detio ambo vincti catenis reclusi sūt in arcta custodia. Tūc dixerūt abdō et senē. Ecce gl'ia: quaꝫ semp sparimꝰ. Post mēses q̃ttuor veniēs deciꝰ romā: adducēs secū beatos abdō et senē catenis victos iussit oēm senatū conuocari: fecitqꝫ cōuētū in tellure cū valeriano p̄fecto q̄nto kł's augusti: et iussit sibi p̄sentari abdō et senē maceratos diuersis penis et dixit ad senatum Dij deeqꝫ tradiderūt hostes ferocissimos in manus nostras. Ecce inimici rei publice et romani imperij. Lectio. ij.

Et introducti sunt ornati auro et lapide precioso vincti catenis omnisqꝫ senatus mirari cepit in aspectibus eorum. Et cū constanter christum in conspectu eorum faterentur: decius iratus iussit Valeriano p̄fecto: vt si nō adorarent deum solem: ferarum mor

sibus iterirēt. Qui denudauit eos: ⁊ duxit āte simulacrū solis iuxta āphiteatrū vt sacrificarēt. Verū illi contemnētes expuerūt i simulacrū solis. Tūc valerian⁹ iussit: vt cū plūbatis cederētur. Deinde introductis i amphiteatrū: dimissi sūt eis leones duo: ⁊ vrsi q̄ttuor. Qui rugiētes venerūt ad pedes sanctoꝝ ⁊ nullatē⁹ receValerian⁹ ꝯo ple (debāt: sꝫ magis custodiebāt eos. Le.iij n⁹ furoꝛe: iussit gladiatoꝛes itroire: ⁊ beatos subregulos iterficere: ⁊ ligare pedes eoꝝ: ⁊ ante simulacrū solis iactare. Ubi iacuerūt coꝛpa scoꝝ: trib⁹ dieb⁹. Post triduū venit q̄dā qrin⁹ xp̄ian⁹ subdiacon⁹: q manebat iuxta āphiteatrū ⁊ collegit noctu coꝛpa ⁊ recōdidit in domo sua: tertio kl's augusti. Ubi iacuerūt vsq; ad tpa cōstātini. Tunc se referantes beati martyres leuati sūt: ⁊ translati in cimiterio pontiani. Eodē die apō africā in ciuitate turbubo lucernarie: natal is scāꝝ vginū maxime donatille ⁊ secūde q̄ ꝑsecutionē galieni sub galieno iudice passe sunt.

In festiuitate vinculi sci petri. Le.i



Quidam dux romanoꝝ noīe qrinus habebat filiā guturnosam nomine balbinam in cui⁹ domo beatus alexander papa tenebat̄ in carcere clausus. Ipsa vero puella ꝑgebat sepissime ad carcerem: vbi beatus papa cathenis ligat⁹ habebat̄: ⁊ osculabātur catenas beati alexādri ob grām recupande sanitatis. Cui scūs alexāder. Noli filia mea osculari catenas has: sed quere boias ⁊ catenas beati petri apl'i qbus vinctus fuit ⁊ osculare eas: ⁊ inde recipies sanitatē. Que mox veniēs ad patrē suū narrauit ei sicut audierat a ꝑfato papa. Quod audiens pater puelle misit hierosolymam nuncios qui perquirerent carcerē: vbi apostolus Petrus fuerat: indeq; secum attulit boias ipsius. Quod ⁊ factum est. Quas deosculans puella illico recepit sanitatem. Sicq; beatus Alexander exiēs de carcere: cōstituit celebrari hanc solēnitatem: kalendis augusti in honoꝛe beati Petri: ⁊ in nomine ei⁹ edificauit ecc'iam que dicitur ad vincula. In hac etiā vt fertur solennitate catene beati Petri deosculantur a populo

(deuote. Tu autē. Lectio.ij.

Missus ergo in carcerē scūs petrus causa nominis xp̄i: sed penā carceris hoꝛrere non poterat: quia ipse in carcere templum dei erat. Ligat⁹ erat duob⁹ catenis: sed catenas criminū i ipō carcere a credētibus detrahebat

custodiebat a q̃ttuor quaternionib⁹ militũ:s3 sub ipa custodia p quattuor euãgelia ad fidẽ venientes insinuabat. Nec sane hũanã custodiã timere poterat:q diuina custodia fuabat. Cũ ergo dili-gẽter petr⁹ custodiret i carcere a q̃ttuor q̃ternionib⁹ militũ ligat⁹ duab⁹ catenis venit angel⁹ dñi ad eũ:vt audiuit dilectio vr̃a:ap-tis ianuis carceris dixit ei. Surge tolle vestimẽtũ tuum ⁊ calcia te calciamẽtum tuũ ⁊ veni seq̃re me. At ille surgẽs seq̃batur eũ. Et cũ venissent ad portã ferreã statĩ a se eadẽ porta apta est. Nec mi rum sane si sancto petro porta ferrea spõte apta est: qui portas in feronum iã in potestate accepat dicẽte dño ad eũ. Tu es petr⁹: ⁊ su per hãc petrã edificabo ecclĩam meã Et porte inferi non preuale-bunt tibi. Et quecũq3 ligaueris sup terrã erũt ligata et in celis. Et quecũq3 solueris sup terrã erũt soluta ⁊ in celis. Lec.iij.

Ille ergo sancto petro portã ferream aperuit: q portãs iferi pa tefecit. Ille de morte petrũ eripuit: q mortẽ ipsam deuiat. Sed qd̃ tũc circa sc̃m petrum secũdũ litterã gestũ est circa nos mystice geri cognoscimus si fidẽ petri seq̃mur. Sicut igitur cẽturio cẽtũ: ita quaternio quattuor sub se milites habebat. Percussio vero lateris petri cõmemoratio passionis xp̃i est: ex cuius vulnere salus nr̃a pfluxerat. Nobis quoq3 pressura catene retentis: tale solatiũ dat: q̃le idẽ apostolus docet dicẽs: xp̃s igit̃ passus in carne: ⁊ vos eadem cogitatione armamini. Precinge et calcia te caligis tuis. Et pphetas ⁊ apostolos cingulis vsos fuisse legim⁹: quorũ petr⁹ sibi ligamẽta ppter rigorẽ carceris ad horã laxauerat: vt tunica circa pedes demissa frigus noctis vtcũq3 teparet. Exẽplũ pbẽs i firmis: vl̃ cũ molestia corpali: vl̃ iniuria tẽtemur hũana: licere no bis aliquid de nr̃i ppositi rigore laxare. Tu autẽ.

In natale scĩ felicis martyris Le. i

In dieb⁹ illis: sub diocleciano ⁊ maximiãno osulib⁹: tpe quo i xp̃ianos seua psecutiõis crudelitas crassabat̃: ita vt vniuerso orbe terrar̃ positis siue oriẽtaliũ, puĩcijs si-ue occiduis ptibus ɔstitutis ipior̃ pncipũ iussio serua batur: vt nõ eẽt ciuitas aut castellum vbi non idola colerent̃: ⁊ ne pharie demonibus victime cederẽtur. Sanctus igitur felix de ci-uitate ciliitana oriũd⁹ fuit. Qui cũ ad ciuitatẽ pgeret cesareã: q̃ est i mauritanio littore ɔstituta: que ei⁹ metropolis nũcupat̃: vbi litterarũ liberaliũ studia pfulgebãt: ibi se scũs martyr erudiẽdũ subdidit discipline: vt in cũctis pfectior appereret. Igitur sanctus

vir cū audiret quod apud hispaniam grauis in christianos persecutio crassaret: omnia volumina auctoꝝ que eius manibus gestabantur a se piecit dicēs. Quid mihi est philosophia huius mundi Ad illam nūc necesse est pperare. vitā: q̄ temporib' dat tēpora: q̄ mortis nō formidat auctorē: sed vite inspicit creatorem. Lec.ij.

Sic beat' felix in naui amore martyrij deo auxiliāte, pspera nauigatione barchinonēsem pductus est ad ciuitatē: et in impurias et gerūda verbū dei predicās: cum fama ei' longe lateq3 crebresceret: iubēte datiano repente a ruphino officiali tentus est Cumq3 nomē xpi confidentissime fateret: pmo fustibus cesus: deinde ligatis manibus et pedib' negato cibo et potu i loco squalido proiectus est. Post hec p totas plateas ab indomitis mulis tractus est: et pene in frustra discerptus et rursus in carcerem missus: nocte ab angelo visitatus est: atq3 sanat'. Lec.iij.

Acta aūt die: ad certamina reuocat. Tūc vngulis excoriat' capite imerso a b hora tertia vsq3 ad vespā suspēsus: nullū penit' sēsit dolorē. Deide i carcerē retrusus ē: vbi p totā noctē splēdor copiosus refulsit: & voces āgeloꝝ psallētiū sūt audite. Quo cū nūciatū fuisset ruphino a custodib': iussit eū māib' post tergū mergi: vbi otinuo āgelico solat' psidio: sup vndas ābulās ad litus venit. Tūc rufin' iussit eū tādiu vulnera vulnerib' instaurari vsq3 dū inuictū xpo sp̄ū redderet. Corp' vo ei' gerūde i monumēto qd ipse sibi pparauerat: honorifice cōditū ē. Cui' meritis & pcib' vite ppetue cōseq̄mur effectū pstāte dño nr̄o iesu xpo q martyrē suū coronauit in pace. Cui est honor & gloria in secula seculoꝝ.

In inuētione sancti stephani. Le.j.



Jerosolymis inuētio corpoꝝ beatissimi stephani prothomartyris: et sctoꝝ gamalielis nichodemi et abibō: sic reuelatū est a dño beato presbytero luciano: septimo honorij pncipis āno. Nā dū qesceret in basilica baptisterij in stratu suo: die sexta feria illucescēte circa horā noctis tertiā: dū adhuc pene vigilaret tāq̄ quā i excessu mētis effect': vidit virū senē statura pcerū: vultu decoꝝ: i cui' plixis vestib' erāt tāq̄ auree cruces otexte. Calciatū caligis i supficie deauratis. Idē vo gamaliel manu tenebat vgā aureā: de q̄ tāgēs eū se eē dixit gamalielem q nutriuit apl'm paulū. Et int̄ alia dixit ipi. Sūma cū diligētia no

stros patefacito tumulos: qui indecēt° despecto loco recōditi sum°
Et cū interrogasset q̄ essent cū eo: vn° est inqt dn̄s stephan° a iu-
deis p̄ fide xp̄i hierosolymis lapidib° oppssus torrētis: i vsq3 sa
cerdotū relict° extra portā via q̄ mittit cedar: bestijs ac auibus
deuorādus. S3 hoc omnino phibuit ille: cui illesaȝ idē martyr fi-
dē seruauit: rarescēte iudeoꝝ pfidia: euocās accuij mihi religioso
rū viroꝝ tur bāqȝ fideliū. Lec. ij.

Quā blandiēs: suadēsqȝ affat° sum ita. Obsecro vos fratres
charissimi: vt neminē reuereamini: colligētes sanctū corpus
beati stephani: deferte villulę nr̄e quaȝ noīe suo appellauerat ca
phargamala q̄ vicesimo secūdo ab vrbe hierosolyma lapide di-
stat: ꝛ more solito solēni cū funere sepelite. Quod ꝛ factū est. Ille
vero q̄ hui° locello iacet cōtinu°: ipse est nicodem° nepos me° qui
vt renasceretur ex aqua ꝛ spiritu sancto a saluatore audiuit. Qui
a petro mox et ioāne ē baptizat°: p̄o quo postmodū indignati pri-
cipes sacerdotū subtracto ei p̄ncipat° honore conabāt illū trade
re morti. S3 domini gr̄a: nec ꝓpinqtatis iure repressi non fece-
runt. Uerūtamen expulsus foras vrbe diripuerūt omnē supellecti
lem eius multisqȝ afficiētes plagis: semiuiuū reliqrūt. Ego nimi-
rū hūc collegi: ꝛ ad hiberi curam p̄cepi. Qui paululū instanti fuit
superstitis vita: ad optatam et ipse quietem migrauit. Lec. iij.

Quem exhibitis funeris obsequijs: ad p̄t hō martyris pedes
iussi tradere. Ille qdē terti° q̄ mecū qescētē possidet locū: ipe
est abibas fili° me°: q̄ mecū xp̄i iesu vicesimū annū. Agēs etatis
parit credidit: ꝛ a p̄fatis apostolis eterni fōtis vnda pfusus ē. Is
dū esset legis doctrina plen° erudit° in tēplo dei cū paulo sedulo
vacās diuina meditās p̄cepta: ab illo vicio cui se gen° subdere ma
xime solet humanū gr̄a ptegēte supna mēte extitit liber. Et in hoc
ꝓposito castitatis pseuerauit in pace. Cū qb° ꝛ ego iaceo. Cōiux
quoqȝ mea et linea et selēnas p̄mogeniti nr̄i nolētes credere xp̄o
se religionis vnitati ac fidei derogantes in possessione capharse-
lenna sunt tumulati. Uerūtamē quo nos repositi sum° cū fodere
ceperis inanes eoꝝ reperies tumulos q̄ nobiscū non fuerūt digni
tumulari. Cūqȝ venerabilis p̄sbyter p̄dictū virū sciscitaret. Ubi
vos inuenien° dn̄e: ait illi. In agello nr̄o q̄ sirie dla gabria nec nō
debatia vocat: idest viroꝝ dei seu beatoꝝ possessio. Que visio cō
similis ei iterū iterūqȝ apparuit. Surgēs aūt venerabilis p̄sbyt̄
per exit in ciuitatē ad āntistitē ioānē de quo ꝑ visionē monit° fue-

rat. Cūq3 illi clerocq3 eius particulatim visionis seriē retulisset: ille lachrymis pre gaudio fusis benedixit dominū req3 veraciter vt erat p omnia cōperta: beat⁹ episcop⁹ sub omni celeritate ad fratres et coepiscopos vicinarum vrbium misit.

De transfiguratiōe dñi nři. Lec. j.



E regionib⁹ messis gaudiū, de vinea fruct⁹ suauitatis: de scripturis aūt doctrina viuificās. Regiones vno tēpore habēt vindemias: scriptura vero semp effluit doctrinā viuificātē. Regio quando metit amittit granū: z vinea postquā vindemiata fuerit: humiliabit. Scriptura aūt quotidie metit z spice interptatoꝝ eius nō deficiēt. Quotidie videmiat: z botri spei ei⁹ nō desinēt. Appropinqūmus regioni huic z de viuificātib⁹ sulcis eius satiemur: et metam⁹ de ea spicas vite eterne verba domini nři iesu xpi q dixit. Sūt qdā de hic statib⁹ q nō gustabūt mortem: dōec videāt filiū hominis in glīa sua. Et post dies sex assumpsit petrū iacobū: et ioānem fratrē ei⁹ et duxit in mōtē excelsū seorsum et trāsfigurat⁹ est ante eos: et facies ei⁹ sicut sol resplēduit z vestimēta eius facta sunt candida tanquam nix. Lec. ij.

Uiri eni quos dixit nō gustaturos mortē: dōec videāt regnū aduēt⁹ ei⁹: sūt hi tres apli quos accipiēs posuit i mōtem: z ōndit illis quō oporteat eū vēire in nouissimo die in glīa deitatis: z in corpore hūanitatis. Iterū qdē assūpsit eos i mōtē: vt ōnderet eis qs ē fili⁹ hois z cui⁹. Qñ eni iterrogauit eos quē dicūt hoies eē filiū hois dixerūt ei. Quidā heliā: alij hieremiā: aut vnū ex pphetis. Propterea assūpsit eos in mōtē: vt ostenderet illis: q2 nō est helias sed dominus helie. Nec iterum hieremias: sed qui sanctificauit hieremiam in vtero matris. Neq3 vnus ex prophetis: s3 domin⁹ pphetarum et qui misit eos. Rursūq3 ostendit eis quoniā hic est factor celi et terre: et ipse est domin⁹ viuoꝝ z mortuoꝝ. Impauit eni celo: et ōposuit heliā. Precepit terre: z resuscitauit moysem. Et illis item ostendit quoniam dominus est viuoꝝ z ipse est q resuscitat mortuos: quia resuscitauit moysem a mortuis. Et iterū assūpsit eos in montē: vt ostenderet illis quia filius dei est. Si eni dixisset q2 ego sū de⁹ ex deo: nō satisfaceret eis ꝓpter carnē

Uidētes eni beatā (q̄ erat indut⁹: z q2 cū eis cōuersabat. Lec. iij matiam genitricem eius: et ioseph qui enutriuit eū: et qui no-

minabatur pater eius: et quia consanguinei et ioseph nuncupāt fratres ei⁹: et iterū q2 ipse sicut homo esuriit et recubuit: et dormiuit: ppterea assumpsit eos in mōtem: vt pater vocet filiū: 7 doceat eos q2 fili⁹ eius est in veritate. Assumpsit qdem eos vt ostenderet illis regnū suū ante mortē suam: et potētiam suā ante passionē suam: et gloriā suam āte iniuriā suam: et honorem suū ante impropeřium suū. Ut quādo tenuerit eū iudei cognoscant q2 nō ppter potentiā eoȝ crucifigitur: sed ppter beniuolētiam suā et gratiam suam: et p salute mundi. Et rursum ostēdit eis gloriā suam ante resurrectionē suaȝ: vt quādo resurrexerit a mortuis in g'ia nature deitatis: cognoscant q2 nō mercedem propter laborem suū honoris acceperit velut indignū: sed q2 fuit ab olim 7 a seculo cum patre et spiritu sancto sicut dixit. Pater clarifica me: ea gloria quaȝ habui antequam mundus formaretur a te. Hanc ergo gloriam deitatis eius incertam 7 occultam in humilitate sua ostendit apostolis in ascensione montis. Facta est enim facies eius sicut sol: et vestimenta eius candida tamquā nix. Duos soles in monte: oculi discipulorum videbant. Unuȝ qui videbatur ab eis in firmamēto mundum totum illuminantem: et vnum qui solummodo videbatur in facie iesu. Et facta sunt cādida vestimenta eius. Et illis ostendit: quia ex toto corpore suo emanabat gloria sua: et de tota carne eius refulsit lumen ei⁹: et de ipso toto fulserunt radij eius.

Secundum matheum.

In illo tempore: assumpsit dominus iesus petrum et iacobuȝ et ioannem fratrem eius. Omelia beati hieronymi p̄sbyteri

Quare petrus et iacobus et ioānes in quibusdam euangeliorum locis separantur a ceteris: aut quid priuilegij habeant extra alios apostolos crebro diximus. Nunc queritur quomodo post dies sex assumpsit eos et duxit in montem excelsum seorsum: cum lucas euangelista octonarium numerum ponat. Sed facilis responsio est. Quia hic medij ponuntur dies illi: ac vero primus additur et extremus. Non enim dicit post dies octo assumpsit iesus petrum et iacobum et ioannem: sed die octauo. Et duxit eos in montem excelsum seorsum: ducere ad mōtana discipulos: pars regni est: ducuntur seorsum: quia multi sunt vocati pauci vero electi. Lu autem.

Et trāsfigurat⁹ ē āte eos. Qualis futur⁹ ē tpe iudicādi talis apl'is appuit. Nō aūt dicit trāsfigurat⁹ ē añ eos: nemo putet p̄

stinā eū formā et faciē perdidisse vel amisisse corporis veritatē: et assumpsisse corp[us] spirituale vel aereū. Sed quomodo trāsformatus sit: euāgelista demōstrat dicēs. Et resplenduit facies ei[us] sicut sol vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Ubi splēdor faciei ostendit: et cādor describit: vestimētū non substātia tollit: sz gloria commutat. Resplēduit facies ei[us] sicut sol. Certe trāsformatus est domin[us] in eā gloriam: qua venturus est dominus in regno suo. Transformatio splēdorē addidit: faciem nō subtraxit.

Et si corp[us] spirituale fuerit nūqd et vestimēta sūt mutata? Que in tantū fuerunt candida: vt ali[us] euangelista dixit: qlia fullo sup terrā nō potest candida facere. Corporale ē et tactui subiacet non spirituale et aereū: quod alludat oculis: et tantū in fantasmate cōspiciatur. Ecce apparuerunt illis moyses et helyas cum eo loquentes: et scribis et phariseis tentātib[us] sed de celo signa poscētibus dare noluit: sed prauā postulationem confutauit respōsione prudenti. Hic vero vt aplo[rum] augeat fidē dat signū de celo heliaz inde descēdentem quo cōscenderat: et moysem ab inferis resurgētem: quod achaz p isaiam precipit: vt petat signū de excelso aut de inferno. Nā quod dictū est apparuerūt illis moyses et helias cum eo loqntes. Et in alio refertur euangelio qd̄ nunciasset eis q̄ hierosolymis passurus esset: lex ostēditur et prophete: q passionē domini et resurrectionē crebris vocibus nunciarāt.

Eodem die passio sanctorū sixti episcopi et iusti et pastoris martyrum. Lec. j.



Rome via apia in cimiterio calixti: natalis sancti sixti episcopi et martyris: Et i cimiterio ptaxati sctorū felicissimi et agapiti diaconor eiusdē: sub decio impatore et valeriano pfecto. Qui dec[ius] tenuit beatissimū senem sixtū episcopū romanū cuz omni clero suo: et reclusit eos in custodia publica et fuerunt ibi clausi multis dieb[us]. Factū est aūt vt dec[ius] cesar et valerianus prefect[us] iuberēt sibi beatū sixtū episcopū cū clero suo presentari noctu: intra ciuitatē i tellure. Cui dec[ius] cesar dixit. Scis cur sis presentat[us]? Respōdit beat[us] sixt[us]. Scio et bene scio. Lec. ij.

Deci[us] dixit. Ergo quia scis fac vt vniuersi sciant et tu viuas: et clerus tu[us] augeat. Beatus sixt[us] respōdit. Uere feci et facio vt clerus meus augeatur. Cui decius. Ergo sacrifica diis im

mortalibꝰ ꝛ esto pͥnceps sacerdotū. Ad hec sanctꝰ episcopꝰ. Ego semꝑ sacrificaui ꝛ sacrificabo deo patri omnipotenti: ꝛ dn̄o iesu xp̄o filio eiꝰ ꝛ spiritui sancto hostiā purā ꝛ immaculatā. L. iij.
Tunc ex p̄cepto decij duxerūt milites eū ad tēplū martis: vt sacrificijs coinquinaret. Sꝫ cōtēnente illo sacrificare recluserūt eū ī custodia ꝑuata cū duobꝰ diaconibꝰ: felicissimo ꝛ agapito. Cūqꝫ duceret: his v̄bis cepit eū beatꝰ laurētiꝰ archidiaconꝰ cōpellare. Quo ꝓgrederis sine filio pater? Quo sacerdos sācte sine diacono ꝓperas? Tu nunquā sacrificiū sine ministro offerre ꝯsueueras. Quid in me ḡ displicuit tibi pater? Nūquid me degenerē probasti? Experire certe vtrū idoneū ministrū elegeris: cui cōmisisti dn̄ici sanguinis ꝯsecrationē. Cui ꝯsumādorū ꝯsortiū cōmisisti sacramētorū huic sāguis tui ꝯsortiū negas? Uide ne piclitet iudiciū tuū: dū fortitudo laudat. Abiectio discipuli detrimētū magistri ē. Quid qꝺ p̄stantes viri discipulorū certaminꝰ plusquā suis vicūt? Deniqꝫ abraham filiū obtulit. Petrus stephanum premisit: et tu pater ostende in filio virtutem tuam.

Passio iusti et pastoris. Lec. j.



In diebꝰ illis: dū crudelissimꝰ dacianꝰ ꝑ cōplutēsem ciuitatē trāsitū faceret: et eiꝰ tremēdā opinionē pene cūcta ciuitas cognouisset: hoc reperto hi duo infātes sāctissimi iustꝰ ꝛ pastor: relictis schole tabulis in qbꝰ eorū tenere litteris ībuebāt etates: iā nō ad studiū istiꝰ seculi vel doctores ire ceperūt: sed q̄si ꝓbati xp̄i discipuli ad spectaculū ꝓprij martyrij alacri deuotione cucurrerūt. Cūqꝫ sollicit cernerēt: ꝛ intēto caperēt corde qd daciani demētis ꝑquireret furor: nūciatū est daciano qꝺ duo infantuli xp̄iani essent ꝛ a parētibꝰ xp̄ianis fuissent. Et ꝓpter hoc ad spectaculū venerūt: vt si a vestra clemētia facta fuerit requisitio christianorum ipsi sponte offerantur. Lec. ij.
Cumqꝫ hoc crudelissimus dacianꝰ diligētiꝰ aduertisset: statim idignationis ira cōmotꝰ īauditos eos iussit cōprehēdi: ꝛ cedi precepit. Timēs ne dū ad iterrogādū ad eiꝰ p̄sentiā ꝑducerēt aliorū circūstātiū ad ꝯfessionē xp̄i aīos p̄pararēt: aut ne dū in eis non preualuisset sua prospiceret maliciā ab infantibꝰ superari. Cūqꝫ cōprehēsi fuissēt p̄usquā supliciū paterētur: sic se beati martyres aspirāte āgelo dei leti inuicē ꝯfortabāt. Iustus dixit. Noli frater

pastor: hac temporale ptimescere morte. Noli cedetiu icti: i tuo tenerrimo corpore dubitare. Noli icu bete gladiu formidare. Qua si annuete deo isti no cotigerit nos ad ipsi gl'iam properantes: digniorem in futuro seculo eius suscipere fortitudinem: que no minuat nostram paruitatem: sed ad perfectionem martyrum et angelorum perducat etatem. Tu. Lec. iij.

Qui sanctissimus pastor dixit. Digne quide frater iuste sic te decet hortari: vt iusticia quam in tuo noie portas: simul cum fratre tuo pastore suscipias. Leue eni sit p ofessioe dni nri ihu xpi nrum corpusculu iugulari: et sanguine fudi: vt i celesti sacrario xpi diuinu corp' e pciosu saguine ei' nobis liceat adorare. At vbi g di recti fuerat violeti carnifices: cu illos audisset vnanimit talia loqntes nuciat datiano: qd de eis pciperet: quos audierat sic se pro noie dni audacit osolates. Quo audito datian' stupefactus ait. No sut isti digni nris ospectib' sisti q nec isantie sue tenez robur lucrari voluerut: nec deoz nostroz venerabile voluerut adorare culturaz. Statim iubet eos procul a ciuitate gladio trucidare. Cuqz perducti fuissent in capu laudabile nulla obsistete materia: ibi vltione digna pro xpi nomine susceperut. Post celerem vero profectionem immudissimi daciani exeuntes xpiani corpora eoz i eodem loco quo passi sunt honorifice sepelierut: et per singuloru corpora vna protegente basilica: in eorum titulis altaria statuerunt.

In natale sanctorum ciriaci: largi: et smaragdi martyrum. Lec. j.



Rome via ostiesi miliario septimo natalis sci ciriaci: q post loga carceris maceratione qua sub maximiano augusto pertulit cu sisinio diacono suo et largo: et smaragdo. Post m'lta facta miracula in qb' filia diocleciani artemia ipi' rogatu a demonio liberauit ac baptizauit: et ppt filia quoqz saporis regis psaz iouiaz noie missus e i exiliu a diocleciao: qua liberauit a demoio ac baptizauit cu ipso rege: et alijs qdrigetis trigita. Rediesautro ma post morte diocleciai tet' e inr alios xpianos a filio ei' maximino: et in custodiam missus eo quod sororez suam fecit xpianam Deinde precepit: vt in die pcessiois sue nudus ac catenis ligatus post hec educt' de(ante reda ei' traheret. Tu aut. Lec. ij.

Post hec educt' e carcere cu socijs: p carpasiu vicariu pice reliqta caput ei' pfusum est. Et rursum post dies qtuor educt' e carcere in catasta exte-

tus attractus neruis et fustib⁹ cesus: post dies q̄nq₃ iubente maximiano: vt sisini⁹ vna cū ciriaco diacono capitib⁹ truncarēt̄ scilicet ꝓmiscui sexus numero vigīti vnus: ⁊ decollati via salaria intra termas salustij foris muros. Eoꝝ vō corpa collegit noctu ioānes p̄sbyter et sepeliuit ī eadē via sub die. vj. id⁹ augusti. ℞. iij.

POst dies octo veniēs beatus marcell⁹ episcop⁹ cū latina matrona xp̄ianissima: condiuit corpora sanctoꝝ cū aromatib⁹ et linteaminib⁹. Deinde substulit et trāstulit in prediū suū via ostiensi miliario ab vrbe roma septimo: et manu sua recōdidit in sarcophagis lapideis: cū q̄bus ⁊ beatū ciriacū octauo die mensis augusti. Carpasi⁹ vero vicari⁹ petijt domū ciriaci: quā donauit ei diocleciānus augustus ⁊ maximian⁹ sibi cōcessit. Ingressusq₃ eā carpasius inuenit locū: vbi sanctus ciriac⁹ diacon⁹ fontē edificauit: quē consecrauerat sanct⁹ marcell⁹ episcop⁹: vbi venientes ad fidē baptizauit sanctus ciriac⁹. In quo loco carpasius balneum sibi statuit. Et dum se lauasset: et epulas assumpsisset: Carpasius et decē et nouē parit̄ cū ipso vt deriderēt fidē xp̄ianā: subito ceciderūt et mortui sunt. Beatoꝝ martyrū passiones. idest ciriaci largi et smaragdi suis locis in presenti kalendario notate sunt: sub maximiano augusto et carpasio vicario.

In natale sancti laurentij. Lec. j.



NAtale sancti laurentij archidiaconi et martyris: sub decio. Cui beat⁹ sixtus omnes facultates ecclesie et thesauros: pergens ad coronā martyrij tradidit. Hic veniēs in celium montē: vbi erat q̄dam vidua in viduitate trigīta duos ānos habēs in cuius domo multi xp̄iani et presbyteri: et clerici absconsi manebant: tulit vestes et thesauros et cepit erogare: ⁊ pedes omniū christianorū lauare. Ad cuius pedes ciriaca vidua cadens: per xp̄m te inq̄t cōiuro: vt manus tuas ponas sup̱ caput meū: quia infirmitatē patior capitis. Beatus laurentius facto signo crucis: posuit man⁹ sup̱ caput vidue: et linteum de quo extergebat pedes sanctoꝝ et sanata est. Transiens aūt in vicum q̄ dicit̄ canari⁹ inuenit multos xp̄ianos in domo narcissi xp̄iani cōgregatos: et lauit pedes omniū et dedit eis thesauros. Ibi erat in eadē domo: homo cecus: nomine crescenti⁹ q̄ cepit rogare beatū diaconū. vt poneret manū suam super oculos suos. Tūc beatus lauren

tius lachrymãs dixit. Dñs nr̃ ihs xp̃s q̃ apuit oculos ceci nati: ip se te illuminet: et facto signo crucis apti sũt oculi ei⁹. Lec. ij.

Cum iã d̃ucereť beat⁹ sixt⁹ eps̃ cũ duob⁹ diaconib⁹: vt mar tyriũ suũ ɔsumaret: et beat⁹ laurẽti⁹ clamaret aduenies: nõ me derelinq̃s pr̃ scẽ: q: thesauros tuos iã expẽdi: quos tradidisti mihi: tẽtus q3 ẽ a milit ib⁹ et tradit⁹ ptemio tribuno. Qui nũciauit decio q̃d laurẽti⁹ q̃ habebat thesauros recõditos archidiacon⁹ six ti: in custodia teneret. Qui gauisus fecit eũ sibi p̃sentari. Et audi tũ tradidit eũ valeriano p̃fecto: q̃ et ipse dedit eũ in custodiã cuidã nomine hipolito. Et hipolit⁹ reclusit eũ cum multis. Erat ibi bõ lucill⁹ noĩe cec⁹. Ad quẽ sanct⁹ laurẽti⁹. Crede inq̃t filiũ dei dñm nr̃m iesũ xp̃z: et baptizare et illuminabit te. Respõdit lucillus. Ego semp desideraui baptizari in noĩe dñi nr̃i iesu xp̃i. Tũc beat⁹ lau renti⁹ eũ cathetizauit: et illuminati sunt oculi ei⁹. Hoc factũ audiẽ tes m̃lti ceci veniebãt ad beatũ laurẽtiũ et ponebat manũ sup ocu los eorũ: et illuminabãtur. Uidẽs hoc hipolitus credidit: et cathe tizatus atq3 baptizatus est. Lec. iij.

Ex mãdato aũt decij adductus ẽ beat⁹ laurẽti⁹ ante cõspectũ valeriani. Qui dixit beato laurẽtio. Jã depone ptinaciã: et da thesauros quos a pud te cognouim⁹ ẽe recõditos. Cui scũs laurẽti⁹. Da mihi inducť as biduo aut triduo: et p̃ferã tibi thesauros. Ab ea dẽ die collegit cecos et claudos: debiles et paupes: et abscõdit eos in domo hipoli ti. Ualerianus autem nũciauerat decio: q: p̃misisset datis sibi in ducijs laurẽti⁹ thesauros. Cõpletis igiť tribus diebus: p̃sentauit se in palatio salustiano. Et dixit ei deci⁹. Ubi sunt thesauri quos pollicitus es p̃sentare? Beatus laurentius collecta multitudine pauperũ introduxit in palatiũ: et voce magna dixit. Ecce isti sunt thesauri eterni q nunquã minuũtur et nunquam decrescũt: qui in singulis aspergũtur: et in omnibus inueniuntur. Ualerianus pre fectus dixit. Quid varias p multa? Sacrifica dijs: et obliuiscere artes magicas: in quibus cõfidis. Cui cũ dixisset beatus laurẽti us: q̃re vos coartat diabol⁹ vt xp̃ianis dicatis sacrificare demo nijs? Decius irat⁹ iussit eũ expoliari: et cedi cũ scorpionib⁹. Qui cũ cedereť: dicebat. Ego q̃dẽ gratias ago deo meo: qui me digna tus est cõnumerare inter seruos suos. Tu miser torq̃eris insania tua: et furore tuo. Tunc decius. Leuate eũ: et date ante cõspectũ ei⁹ omne gen⁹ tormentorũ: et allate sũt lamine ferree: et lecti: et plũba te: et cardi. Post vict⁹ catenis duct⁹ est beatus laurentius in pa latium tiberij: vt ibi gestis audiretur. Et sedens decius pro tri

bunali in basilica iouis: ⁊ presentato laurētio cum dixisset ei: sacri
fica diis: ⁊ noli confidere in thesauris quos habes absconditos.
Beatus laurentius libere respondit. Uere confido: ⁊ securus sū
de thesauris meis. Tu autem dñe. Lectio .iiij

IRacundia plenus decius: iussit eū nudum fustibus cedi. Qui
cum cederetur. Clamabat ad cesarem. Ecce miser modo cog-
nosce quia triumpho de thesauris christi: ⁊ nō sentio tormēta tua.
Ad hec decius fustes augere: ⁊ dare ad latera eius laminas ferre
as ardentes iussit. Beatus laurētius dixit. Domine iesu christe
deus de deo: miserere mihi seruo tuo: quia accusatus non negaui:
interrogatus te dominū iesum christum confessus sum: ⁊ cum di
utissime cū plūbatis cederetur: dixit. Domine iesu christe qui pro
nostra salute dignatus es formam serui accipere: vt nos a seruitio
demonum liberares: accipe spiritum meum: ⁊ audita est vox dicēs
Adhuc multa certamina tibi debentur. Extēsꝰ in catasta: ⁊ scor-
pionibus grauissime cesus: subridens ⁊ gratias agens dicebat.
Benedictus es domine deus pater domini nostri iesu christi qui
nobis donasti misericordiam: quam meriti nō sumus. Sed tu dñe
propter tuam pietatem da nobis gratiam: vt cognoscant omnes
circunstantes: quia tu consolaris seruos tuos. Tunc vnus de mili
tibus nomine romanꝰ credidit domino iesu xp̄o: ⁊ dixit beato lau
rentio. Uideo ante te hominem pulcherrimum stantē cum linteo
⁊ extergentem membra tua. Adiuro te per iesum xp̄z: qui ad te mi
sit angelum suum ne me derelinquas. Lectio. v

LEuatus igitur beatus martyr de catasta ⁊ solutus: redditus
est hipolito tantum ī palatio. Ueniens autē romanus offerēs
aquam misit se ad pedes beati laurentij: vt baptizaretur. Qui be
nedicta aqua baptizauit eum. Quod factū audiens decius: iussit
eum sibi exhiberi cum fustibus. Nō interrogatus cepit clamare
christianus sum. Et iubente decio eductus foras muros porte sa
larie decollatus est quito idus augusti. Cuius corpus noctu colle
git iustinus presbyter: ⁊ sepeliuit in cripta in agro verano. Deciꝰ
autem cesar perrexit noctu ad termas iuxta palacium salustij: ⁊ ex
hibitus ē ei iterum sanctus laurentius: ⁊ allata sunt ei omnia gene
ra tormentorū: plumbate: fustes: lamine: vngues lecti: batilli: et di
xit beato martyri. Jam depōe fiduciam artis magice: ⁊ dic nobis
generositatem tuam. Cui beatus laurentius. Quantum ad genꝰ
hispanus sum: eruditus vel nutritus romanus: ⁊ a cunabulis chri

stianus. Eruditus omnem legem sanctã ꝛ diuinam. Et decius. Sacrifica dijs. Nam nox ista i te expendetur cum supplicijs. Mea inquit beatus laurentius nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Et cum cederetur lapidibus os eius ridebat: ꝛ cõfortabatur ac dicebat. Gratias tibi ago: quia tu es deus omnium rerum. Lec. vj.

Allatus est autẽ lectus cũ tribus costis: ꝛ expoliatus beatus laurentius vestimentis suis: extẽtus est in cratem ferream: ꝛ allati sunt batilli cum prunis: ꝛ miserũt sub cratem ferream: ꝛ cum furcis ferreis coartatus desuper dixit decio. Ego me obtuli sacrificium deo in odorem suauitatis. Quia sacrificium deo ẽ spiritus contribulatus. Carnifices vero vrgẽtes ministrabãt carbones mittentes sub cratem: ꝛ desuper comprimẽtes eum cum furcis ferreis. Sanctus laurẽtius dixit. Disce miser quanta est virtus dñi mei. Nam carbones isti mihi refrigerium prestant: tibi vero eternum supplicium. Quia ipse dñs nouit: quia accusatus non negaui: interrogatus xp̃m confessus sũ: assatus gratias ago. Et vultu pulcherrimo dicebat. Gratias ago tibi domine iesu xp̃e q me cõfortare dignat⁹ es. Et eleuãs oculos suos in deciũ. Ecce miser inquit assasti vnam partem: gira aliam ꝛ manduca. Gratias agens igitur: ꝛ glorificans deum dixit. Gratias ago tibi dñe iesu xp̃e: quia merui ianuas tuas ingredi: ꝛ sic emisit spiritum. Mane autem primo adhuc crepusculo rapuit corpus eius hipolitus: ꝛ condiuit cum linteis ꝛ aromatib⁹. Et hoc factum mãdauit iustino presbytero. Tunc beatus iustinus ꝛ hipolitus plorãtes: ꝛ multum tristes tulerunt corpus beati martyris: ꝛ venerunt in via tiburtina in predium matrone vidue ciriace: in agro verano: ad quã ipse beat⁹ martyr fuerat noctu: cui ꝛ lĩteũ dedit vñ pedes scõrũ extersera t. Et ibi eũ hora vesptina sepelierũt q̃rto idus augusti: ꝛ ieiunauerũt agẽtes vigilias noctis triduo: cũ multitudie xp̃ianorũ. Beatus aũt iustin⁹ presbyter obtulit sacrificiũ laudis ꝛ participati sũt oẽs. Eodẽ die rome militũ cẽtũ sexagintaquinq;. Tunc passi sunt claudius: seuerus: ꝛ crescẽtius: ꝛ romanus: ipso die quo beat⁹ laurẽti⁹: post tertiũ diẽ sãcti sixti. Scdm ioãnem.

In illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis ꝛ turbis iudeorũ. Amen amẽ dico vob: nisi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuum fuerit: ipsũ solũ manet. ¶ Omelia bti augustini. Lec. vij.

Hoc litterã ita ẽ qz granũ tritici siue etiã cuiuslibet seminis: nisi satũ in terra prius mortuũ fuerit: non viuificabit. Dicente

apostolo. Insipiēs tu qđ seminas non viuificabitur: nisi pri⁹ moriatur. Spiritualiter autē granū frumēti: dn̄s se ipsum dicit q est verus panis: q alibi dicit. Ego sū panis viu⁹: qui de celo descēdi Quod in terrā cecidit: p incarnationis mysteriū: quia cū eēt de⁹ factus est hō: cū esset īpassibilis: passus ⁊ mortuus est: sepult⁹ ac resurrexit: fructificauit in populo iudeorū: ⁊ in pplo gētiū. Quia qui mortificat̄ in fidelitate iudeorū: multiplicatur ī fide populorꝫ Sed exhortās fideles suos ad sectāda vestigia passionis sue seq̄tur: ⁊ dicit. Qui amat animā suā pdet illā. Hoc duob⁹ modis intelligi potest. Qui amat perdet: idest si amas perdes. Si vis vitā tenere in xp̄o: noli timere mortē p xp̄o. Sicut fecerūt sc̄i martyres: q amātes aīas suas: p̄sentē vitā pdere nō timuerūt: sanguinē suū fūdere non dubitauerūt: audiētes nolite timere eos qui occidunt corpus: aīam autē non possūt occidere. Ex qbus vn⁹ fuit beatus laurēti⁹: q p ihumanitatē tormētorꝫ puenit ad societatē ciuiū supnorū. Cōtēpsit hanc vitam: amando meliorē vitam. Lec. viij.

Aliter q amat pdet. Noli amare in p̄senti vita: ne pdas in futura vita. Et q odit aīam suā: in hoc mūdo: in vitā eternā custodit eā. Qđ ergo supius dictū est: q amat aīaꝫ suā: subintelligit̄ in hoc mūdo: in vita eterna vtiqꝫ ipse pdet. Qui aūt vtiqꝫ odit in hoc mūdo: ipse custodit. Sꝫ valde mirādū est quō sit amor hoīs in aīa sua vt peat: odiū ne peat. Certe si male amaueris: tūc odisti. Si bene oderis: tunc amasti. Felices qui oderūt cōtēnēdo: ne pdant amando. Animam in hoc loco p presenti vita positam intelligere possumus: sicut ⁊ in multis locis scripture vt est illud psalmiste. Anima mea in manibus meis semp. Et i euangelio. Nec solliciti sitis aīe vr̄e: qd māducetis. Potest quoqꝫ huius vite delectatio intelligi: quā fortiter viuendo pdere debemus: sicut fecerūt sācti martyres q hāc vitā odiētes corpa sua nō dubitauerūt tradere ad martyriuꝫ. Plus amantes hanc vitā amittere quā xp̄m negare. Sꝫ preuidēdū ē ne subrepat alicui in aīo: vt velit se ipsū interimere. Sed intelligendū qđ debeat in hoc mundo odisse aīam suam: sicut fecerunt qdam peruersi ⁊ maligni: q in se ipsis sceleratiores ⁊ crudeliores extiterūt: qui se aut flāmis edomuerunt: aut aquis p̄focauerunt: aut p̄cipitio colliserunt ⁊ perierūt: hoc xp̄s nō docuit immo diabolo p̄cipitiū suggerēti respōdit. Vade sathana: scriptū est enim: non tentabis dominum deum tuum. Petro autem dixit

qua morte significās clarificatur⁹ esset eū. Cum esses iunior cin gebas te ꝛ ābulabas vbi volebas: cū autē senueris extendes ma nus tuas: ꝛ alius te cinget: ꝛ ducet quo nō vis vbi satis expressit non se ipsum a se sed ab alio debere occidi: q xp̄i vestigia vult seq̄.

Cum ergo cause articul⁹ venerit vt hec cōditio re ponat: aut faciēdū eē cōtra dei p̄ceptū: aut ex hac vita migrā dum: quorum duorum homo cogitur alterum eligere comminan te mortem persecutore ibi eligat deo dilecto mori magisq̄ʒ offenso viuerere: ibi oderit in hoc mundo animam suam: vt in vitam eter nam custodiat eā. Siquis mihi ministrat: me seq̄tur. In omnibus christum sequi debet minister christi: idest: imitari: vt verus mi nister Christi appareat. Siquidem autem Christum immitari est. Excepto autem periculo mortis ꝛ effusione sanguinis: minister christi christum sequi potest. Humilis esse: dignatus est christus. Tu noli esse superb⁹: ꝛ sequeris christū. Justicia ꝛ veritas est chri stus. Tene iusticiam: ꝛ custodi veritatē: ꝛ secutus es xp̄m. Xp̄s est charitas. Habe charitatē: tene dilectionē: ꝛ sequeris: imo amplecteris christum. Que qui secutus fuerit: quid consequi mereatur premij: manifestatur cum subditur. Et vbi sum ego illic ꝛ minister meus erit. Certe grandis honor fidelibus credētibus in christum quibus dicit petrus apostolus. Vobis honor igit̄ credētib⁹. Cui enim vnquam maior honor esse poterit: quā vt sit adoptatus vbi est vnic⁹: Ille est enim vnicus dei filius per naturam: nos per ado ptionis gratiam. Honorificat autē dominus quotidie specialiter suos: cum quemlibet de hac vita erumnosa transire facit: ꝛ in ce lesti beatitudine collocat: vt vbi est ille sint ꝛ ipsi. Quia sicut dicit ipse: vbi fuerit corpus: cōgregabuntur: ꝛ aquile. Gratificaturus est generaliter in die iudicij cum dicturus erit. Venite benedicti patris mei: percipite regnū qd̄ vobis paratū est ab origine mūdi quando ibunt impij in suppliciū eternū: iusti autē in vitā eternā.

Lec. ix

¶ In natale sci tiburcij martyris.



Ome inter duas lauros natalis sci tibur cij martyris filij chromacij vrbis p̄fecti: quē eru dierūt i fide beatus sebastianus ꝛ sanct⁹ trāglin⁹ ac gl'iosus policarp⁹ p̄sbyter: q ipsum i sacro fōte baptismatis innouauit: ꝛ familiā eius p̄miscui se xus mille quadrigētos cū eo pariter baptizauit.

Le. i.

Natus enim filius tiburtius: cũ propter immanitatem persecutionis ⁊ idem pater eius: ⁊ ingens multitudo christianorum cum illo campaniam ex consilio pontificis gay pergerẽt: ipse amore martyrij flagrans: resedit in vrbe roma. Et cum ieiunijs ⁊ orõnibus ibi cũ beato gayo papa moraretur: quadã die transiẽs occurrit homini qui de alto lapsus fuerat: ⁊ caput ⁊ omnia membra sua quassauerat: vt de sola sepultura eius ageretur. Juxta quem ipse accessit ⁊ cepit dicere super vulnera eius lente orationem dominicã ⁊ simbolum: ⁊ ita factus est homo solidatis membris incolumis quasi nihil contigisset ei. Tu autem. Lectio. ij.

TUnc apprehendens parentes eius segregauit eos a turbis: ⁊ indicauit eis virtutẽ nois xpi. Et videns animum eorũ situm fortiter ĩ timore dñi: perduxit eos ad papam gayum. Qui iuuenẽ sanatũ deo gratias referentem: ⁊ parentes eius pariter baptizauit. Interea dum procella persecutionis grauiter inundaret iunxit se quidam simulata fide beato gayo: porro hic apostata extiterat: ⁊ erat fraudulentus in omni sermone: ⁊ callidus in omni commisso. Qui dum a beato tiburcio viro scolasticissimo ⁊ nobili ⁊ sancto frequẽter argueretur: quod capillos super apicem frõtis tõsoris arte componeret: ⁊ quod assidue pasceretur: ⁊ ludẽdo pranderet: ⁊ libentius feminarũ se aspectibus daret: ⁊ qd a ieiunijs se ac orõnibus tolleret: quod sõno deditus non interesset puigil hymnis dei. Duz pro his igitur a beato tiburtio acrius argueret: simulat se equanimiter monentẽ accipe: ⁊ egit arte quatenus orantem sanctum tiburtium pagani comprehenderent. Tu autẽ. Lec. iij.

IN dicta cõprehẽsione seipsũ fecit teneri: ⁊ simul duci ad secretariũ iudicis. At vbi introducti sunt. Fabianus prefectus dixit ad eum q hunc arte tradiderat. Quis diceris? Ille respõdit. Torquatus. Quid profiteris? Xpianus sũ inqt. Fabianus dixit. Ignoras qd iusserunt inuictissimi pricipes: vt qui sacrificare dijs noluerint: diuersis supplicijs macerent? Torquatus respondit. Hic magr meꝰ ẽ: ⁊ ipe me semp docuit. Qd hũc video facere necesse est vt hoc faciã. Fabianꝰ cuersus ad tiburtiũ dixit. Audisti qd torquatꝰ asserit? Sanctus tiburtiꝰ respondit. Torquatꝰ diu ẽ qd se xpianũ esse mentitur. Virtus eni ipsa nois sãcti grauiter fert et moleste: suũ nomen non a suis amatoribus vsurpatũ: reuera vir illustrissime: hoc vocabulũ christianũ diuine virtutis ẽ. Sectatores sunt. s. xpi: q vere philosophi facti sunt: qui vere xpiani dicti sunt: qui ad obterẽdas libidines fortiter militarunt. Reuera cre

das vir illustrissime hunc nõ esse christianũ: q in lenocinio sui mo liendo capitis fimbrias obmittit: qui tonsorem diligit: qui in scapulis molliter gestit: qui fluxum gressum improbo visu distendit qui viros negligenter agit: feminas dilegentius intuetur. Tu aũt.

In natale sãcti hipoliti martyris.

Nome scĩ hipoliti martyris: sub decio ĩpato ⁊. i. re valeriano prefecto. Hunc beatũ hipolitum vicariũ sanctus laurentius cum apud eũ eẽt ĩ custodia baptizauit. Qui de sãctis exequijs martyris post tertiũ diem ad domum suã rediens dedit pacẽ oibus: etiã seruis suis ⁊ ancillis: ⁊ ꝯmunicauit de sacrificio altaris btĩ laurẽtij martyris. Et posita mẽsa priusq̃ꝫ cibum sumeret: venerũt milites ⁊ tenuerunt enm: ⁊ ꝑduxerũt ad deciũ. Quem videns decius subridens dixit ei. Nũquid ⁊ tu magus effectus es: qui corpus laurentij abstulisse diceris? Sanctus hipolitus respondit. Hoc feci non quasi magus: sed quasi xp̃ianꝰ Decius furore arreptus: iussit vt lapidibus os eius cõtunderetur Et expoliauit eũ veste: qua induebatur habitu christiano: ⁊ dixit ei. Sacrifica: ⁊ viues. Sin autẽ aliter perges per tormenta sicut laurentius. Sanctus hipolitus dixit. Exẽplum merear beati laurentij martyris fieri: quẽ tu miser ausus fuisti ore polluto nominare. Extensus igitur fustibus ⁊ cardis diu cesus est: donec cedẽtes deficerẽt. Inde leuatꝰ a terra: iussit eũ vestiri militari veste q̃ gẽtilis vtebat̃ ⁊ dixit ei. Recole militiã: ⁊ esto nr̃ amicꝰ: ⁊ in cõspectu nr̃o vtere militia pristina: quã semꝑ habuisti. Cui cũ beatꝰ martyr dixisset militia mea dece st: Christo me firmit̃ militare: vnde cupio ad celebrẽ palmã cũ fructu venire. Tunc iracũdia plenꝰ decius dixit valeriano. Accipe oẽs facultates eius: ⁊ ĩterfice eũ crudeli examinatione. Lec. ij.

REspõdẽs aũt dmõ: dixit. Capillo nigro capitis ꝛ crispo: caro candida: oculi grãdes: nares equales ꝛ directe: aures coopte crine capitis: barba plixa: habẽs paucos canos. Statura eq̃lis: q̃ nec breuis nec lõga possit aduerti. Vestit colobio albo induit et pallio purpureo: p singlos ãgulos: mittit singlas gẽmas purpureas. Uiginti sex anni sunt ex quo nũquã sordidantur vestimẽta ei9 et nunquam veterascunt. Similiter et sandalia eius per vigiti sex annos: nunquam veterascunt. Centies flexis genibus per diem: centies per noctem orat deum. Uox eius quasi tuba vehemẽs est. Ambulant cum eo angeli dei: qui non permittũt eum fatigari: nõ esurire. Semper eodem vultu: eodem animo perseuerat. Omni hora hilaris et letus permãet. Omnia preuidet: omnia nouit: omnẽ linguam omnium gentium et loquitur: et intelligit. Ecce et hoc quod vos interrogatis, et quod ego do responsum de eo iam nouit: ãgeli dei famulãt ei: ꝛ ipsi nũciãt ei. Et cũ ceperitis eũ q̃rere: si vult ostendet se vobis: ꝛ si nõ vult nõ potestis videre eũ. Lec. v.

REgo aũt vos: vt dũ eũ inueneritis: rogetis eũ: vt huc nõ veniat: et hoc mihi nõ faciant angeli q cũ eo sũt: quod fecerunt

college meo astaroth. Et hec dicēs demon: cōticuit. Revertentes autē ceperūt circuire omniū peregrinoꝝ hospitales: atq; aspicere vultus: et habitū singuloꝝ ꝑ duos dies: et non invenerūt. Factū est aūt: vt qdā plen⁹ demonio: clamaret et diceret: apl'e dei bartholomee: incēdūt me orationes tue. Tūc dixit ei apl'us. Obmutesce: et exi ab eo. Et statim liberat⁹ est homo: q per multos ānos fuerat fatigat⁹ ab eo. Polemi⁹ aūt rex provincie illi⁹: cū haberet filiaꝫ lunaticā: nūciatum est illi de hoc demonioso. Et misit: et rogavit eū dicēs. Filia mea male vexat᷑: peto vt sicut liberasti pseustium qui multos annos passus est: ita et filiam meā sanes. Lec. vi.

Exurgens aūt: perrexit cū eo. At vbi vidit eā apostolus catenis strictā: q₂ omnes morsu attractabat: ⁊ quos poterat tenere scīdebat: ⁊ cedebat ⁊ null⁹ ausus erat accedere ad eā: iussit eā solui. Dicūt ei ministri. Et qs ausus ē manū mittere ad eā? Dicit eis apostol⁹. Jā ego victū teneo inimicū: q in ipsa erat: et vos adhuc timetis? Exuite et soluite eam ⁊ lavate: et reficite eam: et crastino mane adducite eam ad me. Euntes autem fecerūt sicut iussit apostolus: et vltra eā penitus non potuit vexare demō. Tūc rex oneravit camelos auro: argento: gēmis ⁊ vestibus: et cepit q̄rere apostolum: et penitus nō invenit eū: ⁊ reportata sunt omnia ad palaciū. Factū est autem cū transisset nox: et aurora diei futuri iciperet: apparuit apostol⁹ solus: cū solo rege ostio clauso in cubiculo eius: ⁊ dixit ei. Ut quid me q̄sisti tota die cū auro et argento et gemmis ⁊ vestibus? Ista munera eis sunt necessaria: qui terrena querunt. Ego autem nihil terrenum: nihil carnale desidero. Unde scire te volo: quia filius dei dignatus est per vterum virginis nasci cum homine ita: vt homo in vtero virginis concept⁹ esset: ⁊ secum ipsa sacrata virgo haberet dominū: qui fecit celū ⁊ terram: et omnia que in eis sunt. Ad vltimum in albano que alio nomine vocatur abdiopolis maioris armenie vrbe: vivus a crudelissimis barbaris excoriatus: ⁊ sic consumato martyrio ibidem sepultus est.

In illo tēpore: facta est cōtētio inter discipulos iesu: qs eoꝝ videret᷑ esse maior. (Scdm lucā. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lec. vii.

Sicut bonis eē mos solet in scripturis: sēper exēpla patrū ꝑcedētiū qb⁹ ad meliora ꝓficiāt: qb⁹ agnitis ⁊ de suis actib⁹ hūilit̄ ingrere: sic e cōtrario reprobi si qd forte in electis rep̄hēsibile repererint: quasi suas ex eo neqcias obtecturi: aut ꝓ iusto ō̄fensuri: libētissime solēt āplecti. Ideoq; mul

to ardẽtius diligunt: quod facta est cõtentio inter discipulos xpi quis eorum videretur ee maior: quã quod multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ: et aia vna. Multi recolũt tenaciꝰ quod facta ẽ dissensio inter barnabã et paulũ: ita vt discederent abinuicẽ: quã quod idẽ paulus ait. Cũ eni sint iter vos zelꝰ et cõtẽtio: nõne carnales estis? Quasi nobis infirmitas sanctorum imitanda pponatur: et non illud potiꝰ: quia cõualuerũt de ifirmitate fortes facti sũt in bello: hoc maxime i loco vbi et ipsa cõtẽtionis eorum causa ẽ nobis incognita. Neqz eni incredibile est: quia iuxta hoc quod alibi precipitur cõtendite intrare per angustam portam: honore se inuicem preueniẽdo certarẽt. Lectio. viij.

Verũ qlibet ex causa cõtẽderẽt: nos potiꝰ nõ carnales adhuc discipuli qd gesserit: sz spũalis magister qd iusserit videamꝰ. Dixit autem eis. Reges gentium dominãtur eorũ: et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic. Sz qui maior est in vobis: fiat sicut minor. Et qui precessor est: sicut ministrator. Certantibus de prioratu discipulis: pius magister eos non iniste contentionis arguit: sed formam quam sequãtur humilitatis modesta ratione describit. In qua tamen forma obtinenda maiores et precessores: idest doctores ecclesie non minima discretione opus habent. Ne velut reges gentiuz instent dominari subiectis: seqz ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli: sz ad exẽplum regis eterni: quasi minores eis quibus regendis presunt efficiantur ac ministri. Quia nimirum necesse est: vt sic bene agentibus per humilitatem sint socij: quatenus contra delinqntiũ vicia per zelum iusticie sint erecti: vt et bonis in vllo se preferant. Et cũ prauorum culpa exigit: potestatem protinus sui prioratus agnoscant. Ne enim presidentis animus ad elationem potestatis sue delectatione rapiatur: recte per quendam sapientem dicitur. Ducẽ te cõstituerũt: noli extolli: sed esto in illis: quasi vnꝰ ex illis. Lec. ix.

Hinc etiã petrꝰ ait. Nõ dominãtes i clero: sz forma facti gregi. Et tamẽ nõnũquã grauiꝰ delinqt: si inter diuersos plꝰ eqlitas quã disciplina custodit. Heli enim falsa pietate superatꝰ: ferire heli delinqntes filios noluit: apud districtũ iudicẽ semetipsũ cũ filijs crudeli damnatione percussit. Unde necesse est: vt rectorẽ subditis et matrẽ pietatis: et patrẽ exhibeat disciplie: atqz inter hec sollicita circũspectione puidendum: ne aut districtio rigida: aut pietas sit remissa. Nam quis maior est: qui recumbit: an qui ministrat? Nõne qui recũbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut q mi

nistrat. Ad verba exhortationis suimet adiūgit exempla: q̄ ioānes euangelista plenius cōmemorans inter cetera scribit. Si ego laui vestros pedes dominus et magister vester: et vos debetis alterius lauare pedes: quamuis etiam ministrando verbo possint omnia q̄ deus in carne gessit intelligi. Nā et ipsum sui sanguinis sacramentū ministrandum nobis esse effūdere significat cū dicit. Sicut filius hominis non venit ministrari: sed ministrare: et dare animam suam redemptionē pro multis. Et hoc quoq̄ maioribus ecclesie precipue ministrādi genus immitandum ostēdens: vt nō solum misericorditer elemosinam doctrine salutaris: et spiritualis exempli ministeria fratribus impendamus: verum etiā sicut ille pro nobis animam suam posuit et nos pro inuicem ānimas ponere discamus.

In natale sci genesij martyris. Le. j



Natalis sancti genesij arelatensis: qui ante tribunal iudicis exceptoris functus officio: cum impia quibus christiana congregatio puniri videbatur edicta nollet excipere: proiectis in publico tabulis se xp̄ianū eē testatus abscessit. In quē respiciēs iudex: dixit. Desperate: iussa iperatorū iniq̄ sūt ⁊ insania? Genesius sctūs dixit. Uere stulta sunt valde: ⁊ nimis praua. Preses dixit. Quid ē qd agis genesi? Nescio q̄ demētia te video furiisse arreptū: sed cōsidera tecū: et omitte verba insipiētiū: q̄ in contumeliā ipatorū loqueris. Et aperi codices tuos ad iplēdū officij tui locū: vt iussa sacra gestis nostris inserēdo publicēt. Lec. ij.

Genesius aūt scūs cū maiori strepitu vocis: proiecit tabulas ante pedes iudicis: dicēs. Nulla ē amētia: neq̄ contumacia iussa nequissima renuere: atq̄ respuere malū: qd ad cltură demonū ptinct. Hoc audiēs iudex: dixit. Custodiat p̄ foribus: dū ea q̄ suscepta sūt precepta sacra pro salute imperatorū apd acta ditiōis mee incorporēt vt paulo post piculū nrm plenius iterroget: q̄ temeritate ausus fuerit in iniuriā imparatorū tā infaustis verbis insurgere. Et si de errore suo prouolutus genibus: ad vultus dnōrū suorū iperatorūq̄ nrōrū cōualuerit: indulgētiā petēs: ⁊ obediēs fuerit ad vota triūphaliuz exoluēda: ⁊ diis magnis sacrificauerit: venia illi tribuat. Si aūt perdurat in hac pstiterit ptinacia quā cepit: sentētiā q̄ le meret blasphemus ac rebellis imperatorū nostrorum accipiat. Lec. iij.

Gelcum eiectus esset de auditorio sanctus genesius: et omne officium ad audienda sacra esset sollicitum: videntes eum hilari vultu: ac securum sedentem sibi: et ipsi sicuti fuerunt: erant in obsecratione eius. Sed genesius sanctus: cuius iam christus totus erat in corde: vt in nullo a preceptis euangelicis actu amore martyrii deuiaret: quibus declinare persecutionis impetum vel permittimur vel iubemur: in alia atque alia non solum latebra: sed etiam ciuitate mutata secundum quod in alio loco scriptum est: spiritus quidem promptus est: caro autem infirma: stupentibus in re officialibus sub terfugit ab eis. Et cum confecta fuissent gesta legationis sacre: iussit iudex sanctum genesium intromitti: atque offerri sibi. Lec. iiii.

Requirentes autem eum: minime inuentum: nunciatum est iudici eum in fugam conuersum. Hec audiens iudex: indignatione animi commotus: ac furialibus stimulis accensus: iussit eum omni instantia perquirendum: et vbi inueniri potuisset gladio crudelissime pene afficeret. Genesius autem sanctus cum esset in loco abdito non infirmitate spiritus: sed carnis titillatus trepidatione pro confirmatione fidei: et quoniam nec dum erat ex aqua et spiritu sancto renatus: veniens occulte ad antistitem catholice fidei: donum baptismatis postulauit. Sed ille pro temporis angustia vel inuenili etate diffidens: perurgentia illius vota distulit: ac fideliter indicauit: quod plenam consumationem daret huius muneris prompta pro christo cruoris effusio. Lec. v.

Hec quidem cunctatio sacerdotis: diuino vt extimari certum est nutu atque iudicio procurata vel disposita est: vt circa eius solemnem consecrationem officia humana cessarent: cui baptismatis duplex gratia: ex vtroque scilicet christi latere: aqua et sanguis paratur: sed iam dominus per spiritum sanctum intima futuri martyris scrutatus archana: subinde constantiam passionis quam fecerat et videbat: neque patiebatur differre coronam: cum sciret paratam esse victoriam. Ideo percussoribus suis obtulit: et his quorum in eundem auiditas crudelitatis inhiabat ostendit. Lec. vi.

Sed sanctus genesius: vbi sensit ab inquirentibus se inuestigatum: instinctu dei rodanum petiit: et sancta fluuio membra commisit: vt eum illic qui iordanis vndis palam baptizatus est hic occultus baptista purgaret: et mutuo alternoque mysterio et aquis corpus: et aqua corpore consecraretur. Et hec causa profecto extitit: vt natandi adminiculo ad ripam alternam perueniret. Et exemplo beatissimi petri ad christum tendens: per summa gurgitum immitatus: christo sponsore transfretando in vlteriora fluminis: deuenit

in eundem locum: quē ad honorē effusi sanguinis gloriosi dn̄s elegerat. Et securū iā ex alia parte: impius prospiciendo pcussor: rapidus assequitur. Et euaginato gladio: ictu festinātē ad dn̄m aīaꝫ vinculis quibus tenebatᷣ absoluit. Tu autē.

Secundum lucam.

IN illo tp̄e: dixit iesus turbis. Siqͣs venit ad me: ꝛ nō odit patrem suum ꝛ matrem vxorē ꝛ filios: ꝛ fratres ꝛ sorores: adhuc autem ꝛ animā suam: non potest meus esse discipulus.

Omelia beati gregorij lectionis eiusdem habita ad populū in basilica sancti sebastiani. Lectio. vij

SI consideremus fratres charissimi: que et quāta sunt q̄ nobꝭ promittuntᷣ in celis: vilescūt aīo oīa q̄ habētur in terris. Terrena namqꝫ substantia eterne felicitati comparata: mors est potiꝰ dicenda quā vita. Ipse enim quotidianꝰ defectus corruptionis: quid est aliud ꝙ quedam prolixitas mortis? Que autē lingua dicere: vel quis intellectus capere sufficit: illa superne ciuitatis q̄nta sint gaudia: angelorū choris interesse: cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere: presentē dei vultū cernere: incircūscriptum lumen videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis ꝑpetue munere letari? Sꝫ ad hec audita inardescit animꝰ: iāqꝫ illic cupit assistere: vbi se sperat sine fine gaudere. Sꝫ ad magna p̄mia peruenire nō potest nisi ꝑ magnos labores. Vn̄ ꝛ paulꝰ egregius p̄dicator dicit. Nō coronabitᷣ quis nisi q legitime certauerit. Delectet igitur mētem magnitudo premiorū: sed non deterreat certa

VNde ad se venientibꝰ: veri (men laborum. Lectio. viij.
tas dicit. Si quis venerit ad me: ꝛ non odit patrē suū: ꝛ matrē ꝛ vxorem: ꝛ filios: ꝛ fratres ꝛ sorores: adhuc autē ꝛ animā suā: nō potest meus esse discipulus. Sed pcunctari libet: quomodo parētes ꝛ carnalitᷣ propiquos precipimur odisse: qui iubemur ꝛ inimicos diligere. Et certe de vxore: veritas dicit. Quos deꝰ coniunxit homo non separet. Et paulus ait. Viri diligite vxores vr̄as: sicut ꝛ xp̄s ecclesiam. Ecce discipulus vxorē diligēdā p̄dicat: cū magister dicat. Qui vxorem non odit: non potest meus esse discipulus. Nunquid aliud iudex nunciat: aliud preco clamat? An simul ꝛ odisse possumus: ꝛ diligere? Sꝫ si vim p̄cepti perpēdimꝰ: vtrūqꝫ agere per discretionē valemus. Vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt: ꝛ quos proximos nouimus diligamus: ꝛ quos aduersarios in via dei patimur: odiendo ꝛ fugiendo nesciamus.

Quasi enim per odiū obligatur: qui carnaliter sapiens dū praua nobis ingerit: nō auditur. Ut aūt dñs demonstraret hoc erga proximos odiū: non de affectione peederet: sed de charitate addidit protinus dicēs. Adhuc autē: 7 animā suam. O diste itaqz precipimur proximos: odisse 7 animam nostrā. Constat ergo: q2 amando debet odisse proximum: qui sic eum odit: sicut semetipsum. Lu āt Tunc etenim nr̄am animā bene odim⁹: cum ei⁹ Lec. ix carnalibus desiderijs non acquiescimus: cum eius apetitus frangimus: cum eius voluptatibus reluctamur. Que ergo cōtēpta ad meli⁹ ducit: q̄si p odiū amat. Sic nimirū exhibere ꝓximis nr̄is odij discretione debem⁹: vt in eis 7 diligam⁹ qd̄ sunt: 7 habe am⁹ odio qd̄ i dei nobis itinere obsistūt. Certe dū paul⁹ hierosolymā p geret: ꝓpheta agab⁹ zonā illi⁹ apprehēdit: suisqz pedib⁹ alligauit dicēs. Uirū cuius hec zona est sic alligabunt in hierusalē.

In festiuitate sancti augustini epis



Apud affricam depositio sancti (copi. Le. i. augustini. Ex prouincia igitur hic affricana: ciuitate tagastensi: de numero curialium parētib⁹ honestis 7 christianis progenitus est augustinus: alitusqz et nutritus eoꝝ cura 7 diligētia: ipensisqz secularibus litteris eruditus: apprime omnibus videlicet disciplinis Ibut⁹: quas liberales vocant. Nā 7 grāmaticam p̄us in sua ciuitate 7 rhetoricā in affrica: hanc apud cartaginem postea docuit. Consequēti etiam tēpore transmare in vrbe roma: 7 apud mediolanū vbi tūc iperatoris valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus: in qua vrbe tunc episcopatū ad ministrabat acceptissimus deo 7 optimis viris preclarissimus sacer dos ambrosius: hic interea verbi dei p̄dicatorē frequentissime in ecclesia disputationibus adstans: in populo intendebat suspensus atqz affix⁹. Uerum aliquādo manicheorū apō cartaginē adolescens fuerat errore seductus: 7 ideo ceteris suspensior aderat: ne qd vel pro ipsa vel contra ipsam heresim diceretur. Et prouenit clementia dei liberatoris sui sacerdotis cor pertractādi: vt cōtra illū incedentes legis soluerentur questiones. Lec. ij

At qz ita edoctus: sensim atqz paulatim heresis illa miseratione diuina eius ex aīo pulsa est. Protinusqz in fide catholica confirmatus proficiendi in religione eiusdem amoris ardor inhia

tus est: quo propinquātibus sanctis diebus pasche: salutis aquā perciperet. Et factum est diuina prestāte opitulatione: vt p illum tantū atqꝫ talem antistitē ambrosiū: ⁊ doctrinam salutarē ecclesie catholice ⁊ diuina pciperet sacramēta. Moxqꝫ ex itimis cordis medullis: spem omnē quā habebat in seculo dereliquit: iā nō vxorem: non filios carnis: nō diuitias: non honores seculi querēs: s; deo seruire cū suis studuit: ⁊ in illo ⁊ ex illo pusillo grege studens: quē dn̄s alloqtur dicens. Noli timere pusillus grex: q꞉ cōplacuit patri vr̄o dare vobis regnū. Lec. iij.

Vendite que possidetis: ⁊ date elemosynā: ⁊ illud quod dicit iterū dn̄s: idē vir sanctus facere cupiens: si vis esse pfectus vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesauros in celis: ⁊ veni sequere me. Sup fidei fundamētū edificare cupiēs: non ligna: fenū: ⁊ stipulā: s; aurū: argētū: lapides preciosos. Et erat annis tūc maior natu triginta: sola supstite matre sibiqꝫ adherente ⁊ de suscepto eius ꝓposito seruiēdo deo amplꝰ quā de charis nepotibus exultante. Nam eius pater: ante defūctus erat. Renūciauit etiā scholasticis quos rector docebat: vt sibi magistrū aliū prouiderēt: eo qꝺ seruire deo ipse decreuisset. Ac placuit ei percepta gratia cum aliis ciuibꝰ ⁊ amicis suis deo pariter seruientibꝰ ad affricā ⁊ ad proprias domū agrosqꝫ remeare. Ad quos veniens: ⁊ in quibus cōstitutus ferme triennio: ⁊ a se iā alienatus cū ijs q cidē adherebāt: deo vacabat ieiunijs: orōibꝰ: bonis operibus: in lege dn̄i meditans die ac nocte: ⁊ de ijs q̄ sibi deus cogitandi atqꝫ orandi itellectu reuelabat: ⁊ presentes ⁊ absentes sermonibꝰ ac libris docebat. Lec. iiij.

Eodē itaqꝫ tpe in ecclesia hipponēsi cathedrali: valeriꝰ sctūs episcopatū gerebat. Qui cū flagitāte ecclīastica necessitate: de puidēdo ⁊ ordinādo p̄sbytero ciuitatis plebē de his alloqutur ⁊ exhortaꝛ: iā sciētes catholici sci augustini ꝓpositū ⁊ doctrinam manū iniecerunt: qm̄ ⁊ idē in populo securus ⁊ ignarus astabat. Solebat aūt laycus vt nobis dicebat: ab ijs tātū eccl̄ijs q̄ nō habebat episcopos suā abstinere p̄setiā. Cū ergo tenuerūt eū: ⁊ vt in talibus cōsuetudo est: ep̄o ordinādū intulerūt: oībus vno cōsensu ⁊ desiderio fieri perficiqꝫ petētibus: magnoqꝫ studio ⁊ clamore flagitantibus: co tn̄ flēte. Et eorū vt voluerūt cōpletū est tādē desideriū. Factus itaqꝫ p̄sbyter: monasteriū intra ecclesiā mox instituit: ⁊ cum dei seruis viuere cepit: ſm modū et regulam sub sctis apostolis constitutam. Tu autem. Lectio. v.

De sanco augustino.

MAxime vt nemo quicquam proprium i illa societatē haberet:
sed eis essent omnia communia: ⁊ destribuerentur vnicuiqꝫ si-
cut opus erat: quod iam ipse fecerat prior: dum de transmarinis
ad sua remeasset. Sanctus vero valeri⁹ ordinator eius vt erat vir
pius ⁊ timēs deū: exultabat ⁊ deo grās agebat: ⁊ suas a dño fuisse
ꝑces exauditas: quas frequentissime fudisse narrabat: vt sibi di-
uinitus homo concederetur talis qui posset verbo dei ⁊ doctrina
salubri ecclesiam dei edificare. Cui rei se homo natura grecus: mi
nusqꝫ latina lingua ⁊ litteris instructus minus vtilem ꝓuidebat:
eidemqꝫ presbytero potestatem dedit: se coram in eccl'ia euāgeliū
ꝑdicandi ac frequētissime tractādi: contra vsum quidē ⁊ consue-
tudinē africanaꝝ ecclesiaꝝ: vñ etiam ei nonnulli episcopi detra-
hebāt. Sꝫ ille vir venerabilis ac prouidus: in oriētalib⁹ eccl'iis id
ex more fieri sciens: ⁊ certe vtilitati eccl'ie consulens: obtrectan-
tiū non curabat liguas: dummodo actitaretur a p̄sbytero: qđ ab
episcopo minime impleri posse cernebat. Unde accensa ⁊ ardens
leuata super caudelabrū lucerna: oībus qui in domo dei erant lu-
cebat: ⁊ postea currente ⁊ volante huiusmodi fama: bono ꝑceden
te exemplo accepta ab episcopis potestate: presbyteri nō nulli co-
ram episcopis verbum dei populo tractare ceperunt. Lec. vj

BEatus igit̄ senex valerius ceteris ex hoc āpli⁹ exultās: ⁊ deo
grās agēs de concesso sibi speciali beneficio: metuere cepit
vt ē hūanus animus: ne ab alia eccl'ia a sacerdote priuata ad epis
copatum sanctus augustin⁹ q̄reret̄: ⁊ sibi auferretur. Nā ⁊ id eue
nisset: nisi hoc idem episcopus cognito: ad locum secretū eū trāsi
re curasset: atqꝫ occultū a querētib⁹ minime inuenire fecisset. Uñ
amplius formidans idē venerabil' senex sciēs se corpe ⁊ etate īfir-
missimū egit secretius litteris apud eū p̄matē epm̄ cartaginēsem
allegans imbecillitatē corpis sui etatisqꝫ grauitatē: obsecrās vt
eccl'ie hyponēsi ordinaret̄ episcop⁹: q sue cathedre nō tātū succe-
deret: sed etiā sacerdos accederet augustin⁹. Et que optauit ⁊ ro
gauit satagēs rescripto īpetrauit. Postea petito ad visitandā ⁊ re
concilīādā eccl'iā hyponēsē: tunc primate numidie megalio cala-
mēsi epō: valerio antistite ipsis q forte tūc aderant clericis oīb⁹
hyponēsib⁹ ⁊ vniuerse plebi: ⁊ opinatā cunctis suam insinuat vo-
luntatē: oībus audientibus gratulantibus id fieri: perficiqꝫ ingē-
ti desiderio clamātib⁹ episcopatū suscipe cōtra morē ecclesie suo
viuente episcopo presbyter recusabat. Tu autē.

Decollatio sancti ioānis baptiste.



Assio et decollatio vel potius inuentio capitis beatissimi ioannis baptiste quē herodes tetrarcha vt euangeliste referunt: tenēs ligauit in carcere ppter herodiadē vxorē fratris sui philippi: q2 duxerat eam. Dicebat eni illi ioānes. Nō licet tibi: habere vxorem fratris tui. Hac de causa insidiabat illi herodias: et querebat occidere eū et non poterat. Herodes eni metuebat ioānē: sciens eum virū iustū et sanctū esse. Sed cum herodes ipse die natalis sui ageret filia herodiadis saltante in medio: suadente matre inter delitias et lasciuias conuiuantium: temere ab herode iuratur: et ipse qđ iuratur in nece prophete impletur. Non eni poterat veritas equo animo tolerari: quā hō dei monebat: q2 vicerat regē libido. Uinctus aūt erat sanct⁹ baptista in arabia: castello macheronta. Lec. i. Lectio. ij.

Misso itaq3 spiculatore: decollatus est i carcere: et allatū caput eius in disco: puelle datū est. Qđ audientes discipuli eius: posuerunt illud in monumēto: apud sebastem palestine: q quodā samaria dicta est: vbi p aliquot annos iacuit vsq3 ad tpa iuliani ipsissimi cesaris. Hic iulian⁹ cū xpianis eēt ifestissimus: pagani apd sebasten sepulchrū eiusdē ioannis baptiste inuadunt: ossa dispergūt: eadem rursus collecta et cremata latius dispergūt. Lec. iij.

Sed dei prouidētia affuere quidā ex hierosolymis monachi: q mixti colligentes queq3 ipsi poterāt ablata: ad prēm suū philippum ptulere. Ille confestim hec supra se dicens: tantū thesaurum non pprijs seruare posse vigilijs: ad pontificē maximum tūc athanasium: per iulianū diaconū suum mittit. Que ille suscepta paucis arbitris subcauato sacrarij pariete inclusa prophetico spiritu pfutura generationi postere cōseruauit. Cuius presagiū sub theodosio pricipe per theophilū eiusdē vrbē episcopū est collectū. Qui destructo serapis sepulchro: sancti ioānis ibidē consecrauit ecclīam. Porro caput suū duobus monachis orietalib⁹: qui causa orationis venerūt hierosolymā: idē beatus ioānes iuxta herodis quondā regis habitaculū reuelauit. Qđ deinceps emessā phenicie vrbē platum: et digno honore cultum est. Lec. iiij.

Hodie nobis ioannis virtus: herodis feritas cum fertur confusa sunt viscera: corda tremuerūt: caligauit visus: ebuit ta

tel lectus: aufugit auditus. Aut qd cōstat in sensib⁹ humanis: qn do perdit virtutū magnitudinē: criminū magnitudo. Herodes in quit tenuit ioānem: ⁊ alligans posuit eū in carcerē. Joānes schola virtutū: magisteriū vite: sanctitatis forma: norma iusticie: virginitatis speculū: pudicitie titulus: castitatis exemplū: cōtinētie via peccatorum venia: fidei disciplina. Joānes maior hoīe: par angelis: legis sūma: euāgelij ratio: apostolorū vox: silētiū prophetarū: lucerna mundi: pcursor iudicis: xpī mediator: dñi testis: toti⁹ medi us trinitatis. Et hic tantus dat incestui: tradit adultere: additur saltatrici. Merito ergo cōfusa sunt viscera: corda tremuerūt. Hec vero herodes pphanauit tēplū: sacerdotiū sustulit: cōfudit ordinē: temerauit regnū: corrupit qnicqd erat religionis: qd legis: qd vite: qd morū: qd fidei: quod disciplinē pdidit ⁊ cōfudit. Herodes sicarius in ciues: i nobiles latro: i socios depopulator: i domesticos pdo: plebis interēptor: occisor filiorū: in extraneos homicida: in ppos parricida: inebrians terrā cruore: in siti sanguinis pmanebat. Hinc est qd ioānis sanguinē piū in populo crudelitatis absoluit. Sed ista lectio iā loqtur: herodes inquit tenuit ioānē ⁊ alligauit eum. Qui vincula soluerat peccatorū: vinculis alligatur: vt vincta venia locum venie non relinquat. Lectio. v.

Alligauit eū: ⁊ posuit in carcerē. Herodes tu adulteriū facis: ⁊ in carcerē vadit ioānes. Sic iudicat sedēs i loco iudicis reus in loco vidicis inocētie psecutor. Rogo vbi rerum facies? Ubi forma? Ubi pudor? Ubi estimatio publici cognitoris? Ubi deus? Ubi hō? Ubi fas? Ubi lex? Ubi ipsi⁹ iura nature? Simul oia sūt herodes te agēte: te iudicāte: te viuēte cōfusa. Tenuit inqt ioānē: ⁊ alligās posuit eū in carcere. Herodes te petit causa: te arguūt vincula: te carcer accusat: te deuulgat pducta in publicū pena. Joannes iniuriatur causa custodie. Qui regrit in te inueniet qd puniat in ioanne qd doleat. Joānes orbi notus: fama virtutis cognitus: celebratissimus scītate: dū attrahit ad se inqsitores iniurie: facit vt tuus inotescat incest⁹. Agit vt te habeat cōfusio publica: quē corrigere nō valuit secreta correptio ⁊ priuata. Lec. vj.

Herodē ioānes monitis nō accusatione pulsauit: vtpote amator castitatis quē corrigere voluit: nō perire. Sȝ herodes factibus libidinis ardēs: pire maluit quam redire: ⁊ vxorē fratris illicite possidere: ⁊ placere captiuis criminū. Innocētie inimicis: odio sa fit semp libertas. Nā vt ē cōtraria viciosis: sacrilegis exosa

scitas: inimica castitas impudicis: corruptis integritas: pena lu xuriosis aduersa frugalitas: crudelib⁹ dura semp mia: impijs pi etas nō ferenda. Probat hoc euangelista cum dicit. Dicebat io annes. Non licet tibi accipere vxorē philippi fratris tui. Ecce vn de ioannes ostendit incurrit odiū: q2 arguit criminosos. Dicebat Joannes quod erat legis: quod iusticie: qd erat salutis: certe qd erat nō odij: sed amoris. Ecce qualē cōsecut⁹ est ab impio pro pie tate mercedem. Volens inqt occidere eum: timuit populū facile deuiat a iusticia: qui in causis nō deū sed homines formidat. Hic peccandi differt facultatē: nō aufert volūtatē. Unde etiam quos suspendit a crimine auditores reddit ad crimen: eo estuat animo: quousq3 pficiat quod cogitat malum. Solus enim dei est timor: qui nocētes corrigit: fugat crimina: innocētiā seruat: ppetē tribu it facultatem. Secundum marcum.

In illo tpe. Misit herodes ac tenuit ioānem: 7 vinxit eum in carcerē. Propter herodiadem vxorem philippi fratris sui: q2 duxerat eam. Et reliqua. ¶ Omelia beati gregorij pape.

Ioānes baptista q in spiritu 7 virtute helie vene rat: arguebat herodē: qd nuptias illicitas fecerat. Malebat eni periclitari apud regem quā propter adulatione esse immemor preceptorum dei. Et cum dies oportunus accidisset natalis hero dis: soli mortaliū herodes 7 pharao: diem natalis sui dicuntur ce lebrasse. Verū herodes tanto magis precellit: quanto sanctum doctorem veritatis 7 pconem vite ac celestis regni occidit. Cūq3 introisset filia ipsius herodiadis: 7 saltasset 7 placuisset herodi si mulq3 recumbentib⁹ rex ait. Pete quod vis: 7 dabo tibi: 7 iura uit illi. Tu autem domine. Lec. vij. Lectio. viij.

Non excusatur herodes q propter iuramētū homicidium fece rit: quia forte iurauit ad hoc: vt future occasioni machinas prepararet. Alioquin si hoc iusiurandū fecisse se dicit: si patris: si matris postulasset interitum: facturus fuerat an nō? Quod in se repudiaturus fuit: cōtemnere debuit 7 in propheta. Que cum exi set: dixit matri sue. Quid petam? Et dixit illa. Caput ioannis ba ptiste. Herodias timens ne herodes aliquādo resipisceret: vel phi lippo fratri amicus fieret: atq3 illicite nuptie repudio soluerētur: monet filiam: vt in ipso statim cōuiuio caput ioannis postulet. In digno opere saltationis: indignū petitur sanguinis premium. Tu autem domine. Lectio. ix.

Et contristatus est rex propter iusiurandū. Scelus excusat iu ramento vt sub occasione pietatis ipsius fieret: Quod aūt subiecit: et ppter simul recūbentes: vult omnes sceleris sui esse cō sortes. Et attulit caput eius in disco et dedit puelle: et puella de dit matri sue. Iuxta litteram factum est. Nos aūt vsq₃ hodie: in capite ioannis baptiste cernimus iudeos: christū qui caput pphe tarum est pdidisse. Aliter decollatio ioānis minorationem fame illius: qua christus a populo credebatur insinuat. Sicut exaltatio domini in cruce saluatoris: profectum designabat fidei: quia ipse qui prius a turbis ppheta esse putabatur: dominus prophetarū et christus dei filius a cunctis fidelibus est agnitus. Imminutus ergo capite ioannes: exaltatus est in cruce dominus. Quia sicut idem ioannes ait illum oportet crescere me autem minui: illū qz propheta estimatur christum cognosceret eum qui christus virtu tū sublimitate putabat: xpi esse prophetam decebat intelligi.

In natale scorū felicis et adaucti. L. j



Rome via ostiēsi miliario secūdo ab vrbe natalis beatissimorū martyrum felicis. et adaucti: sub dio cleciano et maximiano imperatoribus: prefecto et iudice drachō. Fuerūt aūt duo fratres nomine et opere felices: ambo presbyteri. Horum senior felix iussiōe imperatorū cū ad secretarium iudicis esset perductus: iuxta templū serapis duz cogeret ad sacrifican dum: exsufflauit infaciē statue eree: et statim cōcidit. Item duct⁹ ad mercurij statuā: in alia edicula simili modo illā exsufflauit: et mox cecidit. Itē ad simulacrū diane: qđ pari modo decidit. Redu ct⁹ ad pfectū ipōnit eculeo: et ingrit qb⁹ hoc maleficijs gessisset.

Beat⁹ felix respōdit. Nō maleficijs diaboli: s₃ bene (Lec. ij. ficijs oīpotētis dei mei hoc egi. Furore itaqz pfect⁹ accēsus iussit eū duci extra vrbē via ostiēsi: quia illic arbor excelsissima stabat demonib⁹ cōsecrata: iuxta quā erat tēplū: vt ibi ad sacrifi candū impelleret. Quo perduct⁹: oratioue facta: dixit ad arborē Precipio tibi in nomine dñi nostri iesu christi: vt radicitus corru as: et tēplū ac simulacrū vel arā fundit⁹ cōminuas: vt apli⁹ cultu tuo anime nō decipiāt. Que stati ad verbū ipius ita euersa est: vt et tēplū et simulacrū cōminueret: et qđ fuerit nō pareret. Qđ cum nūciatū fuisset pfecto: iussit eū decollari: et corpus ei⁹ inhumatum

Data sententia: obuius (lupis et canib⁹ derelinq. Lec.iij.
ei fuit qdā vir christian⁹: hoīb⁹ quidem absconsus: deo vero manifest⁹. Hic cū didicisset: qđ beat⁹ felix duci fuisset iussus cepit clamare et dicere. Et ego ex eadē lege sum: et ipsum quē hic sanctus pres bpter cōfitetur dominum iesum xp̄m colo. Mox et ipse ab officio prefecti cōp̄rehēsus: pariter dato sibi p̄ius osculo cū beato felice decollatus est. Huius nomē quia non inuenerunt christiani: postmodū adauctū eum appellauerūt: quod facto mar tyri felici auctus sit ad coronā: ipsiq3 p̄ fidei ꝯfessione corona martyrij ancta. Christiāi itaq3 noctu veniētes: sibi in eodē loco vbi arbor steterat que cadens nimiam terre altitudinem operuerat: eos sepelierunt. Quoꝝ corpora volentes pagani exinde effodere: qcūq3 man⁹ apposuerūt a diabolo correpti sūt. Ubi postea pacis tpe basilica fabricata ē: et martyrū memoria digne exaltata. Compleuerunt autem martyrium suū tertio kl's septembris.

In natale sci egidij abbatis. Lec.j.



Sanctus igitur egidius natione grecus: a p̄ecla ris parentibus originem duxit. Extitit eni ab ate nis ortundus: patre videlicet theodoro nomine: matre vero pelagia. Qui vterq3 regia stirpe pro genitus atq3 licet inter totius patrie priores p̄ecla ri: christianissimam tamē duxerunt vitam. Predictus vero egidius euo tener: ad liberalia rudimēta dispositus: doctores summos: spiritu scientie et gratie perlustratus: breui eq parauit. Docili quoq3 puero gratia dei non defuit: eius vitā omni morum honestate perornans. Jam foris scintillabat indicijs: intus succensa lampas charitatis. Lec.ij.

Quadam enim die dum ad ecclesiam pergeret: accidit vt quidam eger vrbis medie platea iaceret a transeūtibus alimonī am petens. Cuius vocibus miserandis sanctus puer compunct⁹ quamuis adhuc pedagogi sententiam sibi formidabilem estimaret: tamen extractam qua induebatur tunicam: aliud quod oportunius daret non habens: egro dedit. Quam indutus eger: illico toti⁹ corporis sanitatem se recepisse gauisus est. Ad domū reuersus egidius et vbi tunicam amisisset vt puer interrogat⁹: respondit quedā nō sibi satis notū illam abstulisse. Cuius rei facile sibi venia concedit: quoniā a parētibus quibus erat vnicus tenerri-

me diligebat. Nec multum vero post parētib⁹ eius in pace desun
ctis: quoꝝ obitū ipse parum āte spiritu reuelante ꝑsciuerat: patri
monij sui qd̄ ei satis magnū remanserat: christum fecit heredem.
Mirabili quoqȝ modo pauperando ditescebat: dum propter tē-
poralium stipendia: eterna lucraretur. Lec.iij.

Interea dū quadā die rediret de ecclesia: obuius ei fuit quidā
miserrima specie: q nuper a serpēte mortiferū receperat virus
Quē vir sanctus oratione fusa pro illo: pristine sanitati restituit:
atqȝ iussit vt inde grates deo: cui⁹ erat clementia sanatus redde-
ret. Die vero dominica dum sacra mysteria celebrarentur: forte q
dam miser arreptus a demonio: cepit terribilibus clamare vocib⁹
donec fere tota turbaretur ecclesia. Lec.iiij.

Sed egidius qui ibi aderat: more solito prius humi prostratus
breuiter orauit: statimqȝ surgens domini pietate fretus: arre-
pticio huc illucqȝ labenti: se cōfidenter obiecit: et vt ab eo exiret
maligno spiritui palam imperauit. Qui sancti imperiū trāsgredi
nequiens: hominē quē inuaserat horribiliter clamās ac mugiens
incolumem reliquit. Uerū vbi sancti viri virt⁹: pre magnitudine
sua latere nō potuit: cōfluebāt ad eū plurimi corporis animeqȝ re-
media postulātes. Nec vero vbi dator hilaris: ⁊ quot daret abū,
de aderat spei sue minime frustrabantur. Lec.v.

Cumqȝ mira gesta laudū ꝑcōia seqrent: eiusqȝ nomē p omnes
grecie ptes magis ac magis innotesceret: timēs vēto fauoris
quātulūqȝ iminorarēt merita: atqȝ iudicās īcautū eē leuis fame ꝑ
cio thesaurū bōe ↄsciētie vēdicare: natiuitatis sue patriā sua p̄sē
tia viduatur⁹: vt liberi⁹ deo vacaret: solitariā vitā expetēs: trāse
undū mare disposuit. Dū vo clā suis oībus ad litt⁹ maris sol⁹ de
ueniret: vtqȝ sibi ad ꝓpositū suū adiplēdū auxiliari dignaret sū-
mo regi ꝑces fūderet: vidit a lōge q̄ndā naui int pelagi ꝓcellas
tēpestuosis fretoꝝ pulsib⁹ iactari: nautasqȝ iā desꝑatos: ac toti⁹
gubernatiōis oblitos: pene naufragari. Pro qb⁹ mox vt oratiōis
suffragiū deo obtulit: sedata tēpestate ꝑuenerūt ad portū. Le.vj.

Videntes aūt naute dei virum in littore adhuc incumbere ora
tioni: animaduerterunt sese marina per illius orationes eua-
sisse pericula. Interrogantibus aūt eis qs eēt: vel cuius rei causa
portū maris adijsset: respondit se xp̄ianū esse atqȝ velle romam si
deus facultatem subpeditaret pergere. At illi pedib⁹ ei⁹ prouolu
ti: grates inquiūt maximas referamus domino: qui nobis tale so

latium cōferre dignatus est: qui nos a presenti tempestate libera ret: et hinc per alta pelagi remigantes ab omni fluctuū tumore tu taretur. Nos enim de illis partibus sumus. Et si eo pergere cupis: libenter nobiscum te sine precio ferem⁹: insuper et omnia corporis adminicula bimur ob iter necessaria. Quod vir sanctus audiens letus dominum benedixit: et sua sociorumq3 animabus deo commēdatis: hilaris et gaudens exul egregius nauem cōscendēs oppansis velis iter medij pelagi cum suis arripuit.

Eodē die vincētij z leti. Lec. j.



E sanctorum martyrum vicētij et leti passione triumphalium christi militum: quantum fidei reuelatione antiquorum patrum nostre opinion i compertum est: vera dicere cupientes: pauca de pluribus huic paginule nostre intimamus: q2 nec tempus nec ordinem passionis: nec persecutionis aut dignitatem: prorsus declarat dignitas antiq̄tatis. Hoc igitur mirum non est: quia pro incertis persecutionum tempestatibus: per interualla temporum eiusbus occidentibus: et excecatis persecutionibus: diabolico furore per vniuersum orbem fremebat seua rabies: aduersum ecclesiam dei. Lec. ij.

Qua propt̄ hoc scripture nr̄e insertū nō fuit: q2 si seua tēpestas vbiq3 ecclīā dei deuastabat: z potū tūc paganoꝝ erat: vt ois q se xp̄ianū ɔfiteret: aut gladio trūcaret: aut crucifigeret: aut flāmis ac diuersis tormētis traderet: aut bestijs ligatis post tergū pedib⁹ ac māib⁹ mitteret: vl' carcerū sq̄lore z cateaꝝ collisiōe cōsumaret: aut i mari ligatis ad colla anchoris mergeret: aut i craticula viu⁹ assaret: aut fame necaret: aut ferocissimo tauro ligat⁹ p terrā traheret: cui⁹ crebris p cornua ictib⁹ i aere iactaret: aut capitis luminib⁹ effossis deformis relinq̄ret. Lec. iij.

Sic nāq3 ipsissima crudelitas paganoꝝ exarserat: vt etiā exanimatū corp⁹ sepulture nō traderet. S3 mi̅ta corpora sctōꝝ nō sepi̅ta: cāib⁹ reliq̄bāt: aut igne cremata: collecto pl'uere iflumina iactabāt. Sed int̄ hec oīa inuictissimi athlete xp̄i ac gloriosissimi martyres cū propheta dicebāt. Si cōsistāt aduersum me castra nō timebit cor meū. Et itez. Null⁹ me sepabit a charitate xp̄i. Et cū xp̄o dicēte. Nolite timere eos q occidunt corpus: aīam autem non possunt occidere. S3 poti⁹ eū timete: q potest z corp⁹ et animā

mittere in gehēnā. Et q̄ꝛ vnus capill⁹ de capite vr̄o: nō peribit. Et cū paulo dicēte. Quis nos separabit a charitate xp̄i? Tribulatio an angustia: an p̄iculū: an p̄secutio: an nuditas: an gladius? Lu.

De quo:ū nūero p̄fulgidi xp̄i milites extiterūt Lec. iiij. vicēti⁹ z let⁹ aq̄ſiū ciuitatis patroni: qui passi sūt p̄ nomi ne xp̄i: vt xp̄o largiēte imoꝛtalē coꝛonam obtinentes: in celesti glia eternam vitā possidecēt. Et ad hec qs audiētiū incredul⁹ nisi coꝛ lapideū in duro pectoꝛe remaneat: z fidelis sensus implā mentem obtūret: dn̄o dicente. Hoc q̄d apud homines ip̄ossibile ē: apud de um est facile: cui oīa possibilia sunt. Propterea virtutes dei discu ti non debent: sed asseri. Et qcquid de fctis suis in laudem ipsius ad instruendam ecclesiam suā: ipso reuelante certa auctoritas cō mendat: non quasi audiēdo: sed q̄si vidēdo debet credi. Domino dicente. Beati qui non viderunt z crediderunt. Lec. v.

Beatioꝛes tamē sunt: q nō viderūt: z crediderūt. Et q̄m de nu merositate exēploꝛū dei pauca collegim⁹ nec laboꝛiosi⁹ vitas afferatur: si credulitas sit in coꝛde audientiū: q̄ a nobis de beatissi moꝛū martyꝝ passione compꝛobata sunt p̄feremus. Igit̄ cū per multa tp̄a p̄sentibus multis xp̄i nobis largitate collatis: venera tionē etiā incertā supradictoꝛū sanctoꝛū titubātem differret antiq tas: vt pote cui⁹ opinio nec dn̄i sacros veneratissimosq̄ tumulos vllo auctoꝛe firmaret: vnā quodā v̄ginitatis gratia cōsecratam atq̄ gaudētem: z religionē loci illius attētius venerantē: noīe ma ximā: hec sanctos se vidisse viros annis ac vestibus pares confir mat: capitibus coꝛonatos: cū ꝯpluribus circumstātibus in simili veste vel honoꝛe. Quos ita puella cōpellando refertur honoꝛasse Jace o virgo venerabilis vigilans: sopoꝛ te non alludat: digna tā tumes vt quos semp venerarīs agnoscas. Lec. vj.

Vincentium z letum vides milites dei: z ipso auxiliāte victo res: qui in hoc templo a paganis quondā consecrato z execra bili demonum inuocatione polluto: nunc dei virtute nostris victo riis a gratiano consecrato. Hic cineribus nostris quiescētes: tur bam p̄missē resurrectionis superatis diabolicis fluctib⁹ expecta mus. Hic enim a persecutoꝛe coꝛrepti: hic incessabilibus vulneri bus lacerati. Hic innocuo igne consumpti: coꝛpoꝛeos artus relin quentes: diuinam gloꝛiam donante deo suscepimus. Hunc namq̄ locum de exterioꝛi pariete subnexum feralis et sibi potius seuiēs persecutoꝛ insedit. Elatus quidem contra nos z maloꝛum cōdem

natione depressus: cõtra dei seruos insaniẽs: sz dei ꝓ nobis ṽtute cõfidimus: tãdiu eq̃liter cõtra nos pugnare se cõdidit: quamdiu carnem spiritus custodiret. At vero despectis irrisisq; supplicijs suis animas ire ad auctorẽ ingemiscẽs ꝑsecutor inspexit: suspiriis nimijs duct⁹: vinctũ se cũ satellitib⁹ suis ingemẽs: incẽdi exanimata corpuscula impijs ignib⁹ impauit. Quod cum precepisset persecutionis insania incendi nr̃a corpuscula dei tamen inspiratione cõfidim⁹ vt q̃ animas nr̃as nõ potuit obtinere: nihil apd̃ se nec de corporib⁹ nr̃is recepisse gaudeat. Ergo locus q̃ minoribus subleuat crematorũ cineres excepit: quos post hostis victi ꝑsecutionis abscessũ seruiẽtes deo illi⁹ tẽporis viri cõgregati in vnum ex distantib⁹ vt vides parietib⁹ receptaculum contulerunt: et in loci presentis medio sicut sepultura docet cõstruxerunt.

In natale scti antonini martyris.



Sit scũs ãtonin⁹ apamie oriũd⁹: cũ in vico (R. ƒ.) quodã solus iter gẽtiliũ tenebras fidei sue lumine velut cuiusdã syderis splẽdore fulgeret: vt sacrilegam eorũ vitaret insaniã iuxta sanctarũ scripturarũ p̃cepta ad aliũ vicũ in quo nõnullorũ xp̃ianorũ cõuersatio erat transmigrauit. Eodẽq; loco in sancti operis studio sedulitate ꝑsistens: nũquã tamẽ ab impiorum increpatione cessauit. Cũq; diaboli aduersus eum rabies in sacrilegorũ pectorib⁹ inflammata concresceret: et iã tẽpus corone eius triũphalis instaret: presens dixit suũ esse martyriũ. Nam cũ quadam die christiane legis solennitas ageretur: essetq; in ea festiuitate deuotio religiosis viris: loca circuire sacris ꝯsecrata mysterijs: ac se proinde paulo lõgi⁹ iturũ nõnullis ipse dixisset: simulq; denũciauit ore ꝓphetico: se inde minime reuerti: impiorum manibus comprehendendum: eorũq; furore feriẽdum. Lec. ij.

Itaq; sicut diuino spũ p̃nunciauerat informatus: agẽtibus q̃ eius sanctos speculabãtur egressus: ita in itineris sui profectione ꝓstratus est: vt pro cõfessione fidei ac domini nr̃i iesu xp̃i ductũ ei allatam vni⁹ mortis penam gentilis insania estimat nõ posse sufficere: in plurimas partes frustratĩ diuisus in aqueductũ qui ad vrbẽ apamie defluẽbat: sacrilegis impiorum manibus iactatus est. Uerum mox perennem gloriosissimi martyris sui palmam: presẽs diuinitas approbauit. Nã sacra venerandi corporis membra que

fuerant ante dispersa: velut in vnam eãdẽq; cõpagem se spõte ꝓ-
pria cõtulerũt. Gloriosissimus quoq; ille sanguis pro domini no
stri amore profusus: ita aque illius rapido fluxu cõstrict⁹ est: qua
si in terrã aridam vnius loci fuisset statione collectus: nilq; ex in-
de mobilis elemẽti vẽdicãs sibi vnda dispersit: sed velut quodã
fidelissimo famulatu mẽbris suis vt integrũ illibatũq; cõiunxit.
Ita quod sacrilega man⁹ et furibũda dispserat: velut agnoscẽs
famulũ xp̄i: fidelior aqua seruauit. Nã coagulati circa reuerẽdũ
corp⁹ cruoris nõ exiguus ꝗdam cumul⁹ est repert⁹. Postea fluen
tis quoq; ipsius aqueductus ac si iniuriaz sancto corpori inferre
timuerit se a cursu solito lapsuq; suspendit et sic sacris mẽbris lo-
cum tamquam in morem diuisi pro israelitico transitu maris: aut
conuersi retrorsum iordanis exhibuit. Lec. iij.

DEinceps cũ ad leuãdũ sacratissimũ corp⁹ diuersoꝝ populoꝝ
agmina numerosa venissẽt: nũquã se a plurib⁹ passus est trãs
portari: sꝫ a duab⁹ tãtũ mulierculis: que fuerant fidei ardore suc-
cẽse: vt illic vbi tumulari voluerat trãsferretur: exĩde se furti pas-
sus est vehi. Nimirũ vt ⁊ hinc virtus martyris mõstraret: siqui
deꝫ qđ multis arduũ fuerat et impossibile: duab⁹ et tãtũ fragilissi
mi sexus ꝑsonis leuissimũ redderet. Quod cũ ad quẽdã presby-
terũ quo beatissim⁹ martyr voluerat manifeste deferri: omni per
illas fide fortissimas mulieres fuisset facilitate delatũ: priusquaꝫ
solennib⁹ tumularet exequijs: magna virtutũ suaꝝ documẽta ꝑmi
sit. Nã fugatis demonib⁹: ⁊ purgatis liberatisq; corporibus mul
tos pristine reddidit sanitati. Iuxta illud etiã ꝑcepti dñici sacra-
mẽtũ: quo ꝓ inimicis nr̄is nobis orare ꝑcipitur. Multos ex eis
quoq; gẽtilium a quib⁹ fuerat perẽpt⁹: tã numerose ad fidẽ chri-
sti conuersos visa signoꝝ magnitudine baptismi gratiam vidim⁹
percepisse: vt non pene tot illo adhuc in labore certaminis posito
eius ꝑdicatione: quot post gloriosissimi triũphũ eius martyrij ab
idoloꝝ culturis preciosissima illius obtinẽte apud dominũ inter-
cessione: erui crederẽtur. Passus est autẽ beatissimus martyr an-
toninus tempore iperatoris cognomẽto pij haud lõge extra mu-
ros supradicte vrbis: super fluminis ripã que areia vocat. Sepul
tus vero ẽ a religiosissimis christiãis honorifice in loco vbi a dua
bus iam dictis mulieribus fuerat delatus: quarto nonas septem
bris. Prestante domino nostro iesu christo: qui cũ patre et spiritu
sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen.

In festiuitate sācti antonini.



Anctorum martyrum inclyta trophea eorumqȝ laudabiles triumphos: qui auribus proferuntur mortalium stilo debent prosequi fidelium: non te gi silentio ignauium. Ingratum nempe est: vt qđ deus omnipotens ad laudes sui nominis per suos testes seculo vult ostendere mirabiliter humano ore adimendum sit segniter. Sed quia vires quas imperitia denegat: charitas ministrat: audaciam loquendi tribuit ille qui dixit: aperi os tuum: et ego implebo illud. Preterea et scripture memorans dicentis: sacramentum legis bonum est abscondere: opera autem dei reuelare et confiteri honorificum: ad hoc ipsum opus summi pontificis fratrumqȝ me deposcit intentio: vt videlicet miracula sancti ac beatissimi antonini: que nostris temporibus per illum omnipotens deus ad laudem et gloriam nominis sui dignatus est ostendere stilo comprehendere satagens: future in posterū generationi agnoscenda valeam indagare. Idem nanqȝ beatissimus anthoninus vt in gestis illius reperitur apamia oriundus regali stirpe progenitus: sicut lilium inter spinas: ita fidelis ab infidelibus parentibus procreatus: christo se seruiturum obtulit deuotum. Pompa quippe huius seculi contem pta: patriam: parentes: fugitiuesqȝ honores respuens: deum omnipotentem: filiūqȝ eius redemptorem nostrum cum sancto spiritu corpore secutus ac mente: in iam dicto castro apamie ab infidelibus tentus pro noie ipsius iesu christi capite truncatus: membrisqȝ conquassatus celestia regna petijt cum sanctis perenniter regnaturus. Cuiꝰ sanctissimum caput famulante fluminis vnda: in locum qui vallis nobilis dicitur deductum: ibidemqȝ humatum plurimis miraculorum signis vsqȝ hodie cernitur decoratum. Corpus etiam ipsius venerabile retrodu centes fluctus a duabus mulieribus collectum ac sepultum: aliquo tempore mansit incognitum. Sanguis quoqȝ preciosus martyris eiusdem a corpore inter equoreas vndas diffusus mansit coagulatus: atqȝ in morem silicis ob duratus: vno lapidi adiunctus: simul cum corpore sepultus diuina prouidentia mansit ignotus. Qualiter autem illud diuina pietas ad sui nominis gloriam manifestare voluit: non est pretermittendum. Quedam materfamilias in eodem loco vbi ipsius martyris corpus

sanctum iacebat occulte humatum habitans: diuersa pecoꝝ multitudine pollebat. Erat in illo loco silua densissima. Cumqꝫ quotidie pecora eiicerentur in pascuis ad pascēdum: accidit vt ex eodem grege disiunct⁹ taurus cōsortium sperneret gregis: ac singulariter incedens perueniret illuc vbi beati viri mēbra cōtinebantur abscondita: lambensqꝫ vas lapideum in quo erat corpus sanctissimum: et lapidem qui superpositus erat illi: cepit esse pinguior atqꝫ robustior. Cūqꝫ quotidie id ageret: cernēs predicta matrona taurum esse pinguiorem reliquis pecoribus: cepit inquirere ab his qui pascebant gregem: quonā taurus abiret: et quod reliqua pecora macilenta essent: ꝛ ipse solus pinguis incederet. Cui ropillo gregis respondit. Nullatenus eum abire cum grege: sed statim vt eiiciebantur ad pastū singulariter vagū incedere. Eidem aūt matrone precepit armentario: vt diligenter inspiceret: quonā taurus abiret. Explorās itaqꝫ vt erat reperiens indicauit illi. Prudenter itaqꝫ agens: nota inquit tibi: si hoc iam dictus taurus repetit. Qui iussa peragens diligēter inuenit ita factū: vt ante fuerat gestū. Cūqꝫ matrona certis indiciis vera esse approbasset immenso repleta gaudio: sperans aliquid illic cōtineri p̄ciosum: cōuocatis vndiqꝫ clericis ac religiosissimis viris: fecit ab eo loco amoueri predictū vas: in quo cōtinebatur p̄ciosissimū corp⁹: et cū magnis laudib⁹ deducere illuc: vbi postea a fidelibus magno sumptu cōstructa est ecclesia in honore sancti āntistitis martini ibiqꝫ post ipsum altare diligenter illud corpus recōditum est in eodem vase: vbi repertuꝫ est. Per hunc itaqꝫ martyrem antoninum: in eodē loco omnipotens deus nostris tēporibus antiqua renouauit miracula.

In translatione sancti antonini.



um sanctorum gesta recolendo dies insignimus laudem et gloriā dei agnoscimus: et ad edificationem suiqꝫ custodiam fideles quosqꝫ cōmonem⁹ quāta enim sit gloria domini: ꝛ potentia virtutis eius in sanctis suis: in triūphali certamine martyrū inotescit. Et dum fideles quiqꝫ per presentis vite certamina martyres christi ad immarcessibilem coronā transire cognoscūt: arctioris vite vias et certamina arripiunt: presentia omnia contemnunt: eternorū solo amore inardescūt. Ecce enim fratres mei cum beatum martyrē christi antoninū minas terrētiū

principum blādimēta audistis calcasse: cuius vestrum animus non
compungit̄: vt pariter certare: vincere: coronari mereat̄? Audistis
inquam quia prefatus dei martyr penas temporaliter sustinuit: cer
uicē ictibus seuientium opposuit. Et q₂ solum vite dilexit auctorē
consecutus est eterne felicitatis gloriosaʒ portionē: vt cū psalmista
profiteretur: dicēs. Portio mea domine: in terra viuētiū. Sʒ tamē
nc contra eum crudeliter insultātes gloriarētur: ⁊ ex toto eum se ex-
tinxisse arbitrarentur: audistis fratres q₂ deus homicidas illos ad
gloriam martyris sui perdidit: ciuitatē coꝝ diruit: ⁊ ad nihilū rede-
git: et glorioso martyri suo obsequium āgelorum ꝓparauit: qui ca-
put eius ad alia loca honorifice cōdenduʒ transferrent: ceteꝝ vero
corpus ab omni lesione imune custodirēt. Donec christiani fideles
tā dignas reliquias religiosi humatas susciperent. Depositum est
itaqꝫ corpꝰ sancti martyris nō longe iuxta fontem orientaleʒ: vnde
postea crescēte fide christianoꝝ trāslatū est ī basilicā beati martini:
supra ripā fluminis edificatā: cui nomē aregia est. Ubi lōgo tēpore
dñs ad meritū martyris multa dignatus est operari miracula. Sed
postea loca ecclesie ipsius predicti fluminis īpetu inadēte ⁊ occupā
te: placuit religiosis viris qui tunc temporis erant: vt in alio loco
nouam ecclesiam edificarent: in qua reliquias beati martyris anto-
nini transferrent. Electo itaqꝫ vltra flumen loco competenti ibideʒ
fundamentis ecclesie locatis: constituerunt diem: qua corpus mar-
tyris christi de loco in quo quiescebat leuarent: et ad nouam eccle-
siam vt dignum erat deferrēt. Primo aūt die affuerunt: qui marty
Nunc ergo fratres charissimi in omnium primordijs sanctorum nos nominare: laudare: et glorificare: condecet eum qui cũctos condidit sanctos: per quem omnia facta sunt: per quem cuncta subsistunt elementa: Cuius maiestas nec incipit: nec desinit in seculum. Unde merito omne principiũ ac finis creature nominatur: vt de eo per quendam prudentem dictum est. Omnis sapiētia a domino deo est: et cum illo fuit semper: et est ante euum. Altitudinem celi et latitudinem terre: et profundũ abissi quis mensus est? Arenā maris: ꝛ pluuie guttas: ꝛ dies seculi quis dinumerat? Ipse solus inuestigare metiri: ac dinumerare hec omnia potest: qui celi ambitum sua circu-

st sapientia: et profundum abissi sua penetrat virtute. Et egregius ille versificator: dei sapientiam omnia posse atque nosse: considerabat dicens. Qui stellas numeras: quarũ tu nomina solus: Signa potestates: cursus: loca: tempora: nosti. Cuius principium atque virtutez apostolus spiritu sancto preuentus: supra modũ inuestigare ĩhumanum commemorabat dicens. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: quã incomprehensibilia sunt iudicia eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniã ex ipso et per ipsum: et in ipso sunt omnia: ipsi honor et gloria: in secula seculorum amen. Lec. ii.

Beatissima virgo maria: que interpretatur domina siue illuminatrix: clara ex stirpe dauid: virga iesse: hortus conclusus: fõs signatus: mater domini: templum dei: sacrarium spiritus sancti: virgo sancta: virgo feta: virgo ante partum: virgo in partu: virgo post partum: salutationez ab angelo suscepit: et mysterium conceptionis agnouit: partus qualitatem inquirit: et cõtra legem nature obsequiis fidem non renuit. Quam dominus ipse in cruce positus: per sanguinis testamentum virginem virgini commendat discipulo: vt ipsum virgo mater haberet vite comitem: quez filius nouerat integritatis esse custodem. Hanc quidem vt dicit isidorus in libro officiorũ non corporali sed spirituali passione asserunt ab hac vita migrasse: pro eo quod iustus symeon complectens brachiis suis infantẽ christum prophetauerit matri dicens. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quod quidem incertum est vtrum pro materiali gladio dixit: an pro verbo dei: fortiori omni gladio ancipiti. Spiritualiter tamẽ nulla docet historia: mariã gladii animaduersione peremptã: quia nec obitus eius vspiam legitur: nec sepulchrum reperitur. Beatus tamẽ hieronymus ad paulam et eustochium scribens beatissimam virginem mariã dicit a corpore naturaliter migrasse: et in vallis iosaphat medio sepultã fuisse. Sed quia eius sepulchrũ vacuum esse ostẽditur: multi nostrorum dubitant: vtrũ assumpta fuerit simul cũ corpore: an abierit relicto corpore. Quomodo autẽ vel quo tẽpore aut a quibus personis corpus eius sanctissimũ ibi sepultũ vel inde ablatuz fuerit: vel vbi transpositum vtruz ve resurrexit nusquã legitur: quia inter catholicos libellus de eius transitu nõ reperitur. Sz quamuis nõnulli asseuerẽt eã resuscitatã: et beata cũ christo imortalitate in celestibus vestiri. Melius ẽ tamẽ eiusdẽ hieronymi consilio deo cui nihil ẽ impossibile totũ cõmittere quã aliud incõsulte definire; quod sine periculo

nescitur. Unde de his ex quibus certi sumus tantis perloquamur ad edificationem nostrā qualicumqȝ sermone: ad laudē et gloriam nominis dei: vt religio conseruet᷑ pro famulatu. Quia hec est virgo que sola interemit vniuersam hereticam prauitatē: sola sit post dn̄ȝ que nos confirmet in omni veritate: suisqȝ cōmēdet meritis: et precibus auxilie᷑: vt et ipsi digni inueniamur in eius laudibus. Cuius mire et ineffabilis pulchritudinis intuitum: salomon contemplator celestium laudare desiderans: ait in canticis. Uidi speciosam ascendentē quasi columbā: desuper riuos aquarum. Uere speciosaȝ quasi columbā: quia illius speciē columbe ac simplicitatem premōstrabat: q̄ super dominum venit: et docuit ioannem: quod hic est qui baptizat. Et bene desuper riuos aquaꝝ: quia super aquam refectiōis educauerat: ex qua aqua multi deducti riui: omnem irrigant terraȝ virtute deliciaꝝ et infundunt hortum voluptatis: ex quibus condita et plota et perfusa beata dei genitrix regnat cum christo super angelos et archangelos speciosa valde: cuius odor inestimabilis erat nimis: et ideo ineffabilis: ad cuius profecto fragrātiam odoris: omnis illa celestis hierusalem leta discurrit: quam circundabāt flores rosarum: et lilia conuallium. Et quod omnes anime martyrio rubicate: eam eterne dilectionis complectuntur amplexib⁹: et virginitatis splendore candidate ac si lilia in valle humilitatis enutrita: circumdāt eam in venerationis gratia obsequentes. Bene inquit circumdant eam flores rosarū indesinenter: eius admirantes pulchritudinem inter filias hierusalem: in qua posuit rex tronum suū: q: concupiuit eius speciem ac decorē. Fuit enim plena charitate et dilectione. Idcirco sequitur eam purpuratorum exercitus: et cādida torum grex. Quam si diligentius aspicias: nihil virtutis et speciositatis: nihil candoris et glorie est: qd̄ ex ea non resplendeat. Et ideo bene circundant eam flores rosarum: et lilia conuallium: vt et virtutes virtutibus fulciantur: et formositas decore castitatis augeatur. Nam omnis splendor quanto illustratur fulgore suo sublimius: tanto apparet sacratior: licet subiectis eximior predicetur. Sic et genitrix beata dei: cuius plantatio ac si nobis rose in hierico specialibus refulsit: virginitatis enituit: circūdata officio charitatis. Subnstitur sanctorum claritas: vt eius ampliꝰ gloria cōmendetur: que super angelorum choros collocata: iam beatissima predicatur. Unde et si mirabilis est eorum virtus et firmitas perpetuitatis: mirabilior est tamē in maria: quam obūbrauit virt⁹ altissimi: vt super

omnem virtutem sit angelicam: quod factum est in ea: & admirabile cunctis seculis sacramentũ. At per hoc etiã ãgelis exinde maior ꝓstatur gratia cũ instaurantur ab ea oĩa que venerantur & adorant su per se christũ regẽ dñz natum ex eadẽ virgine. Hinc & maria cũctis angelis & archangelis sanctisqꝫ oĩbus tãto venerabilior q̃nto gratiosior: & quãto virtute altissimi extollit̃ ad sublimia tanto clarior resultat i glĩa. Plena siqdez grã: plena deo: plena ṽtutibꝰ. Nõ potest nõ possidere plene glĩaz claritatis eterne: qr plenissime accepit: vt mr̃ fieret saluatoris. Quã viderũt oẽs filie syõ: & beatã dixerũt ac regine laudauerũt eã: quo suam tñ eam viderũt: quantum nullꝰ explere potest mortaliũ: quanto magis quidẽ q talẽ ac tãtam eaz fecit: vt ipse fieret per eã. Unde dauid. Et homo inquit natꝰ est in ea: & ipse fundauit eam altissimus. Beata igit̃ talis ac tanta natiuitas beata & supnoꝝ ciuiũ societas: & admirabilis charitatis eoꝝ vnanimitas. Ubi nullus angelorũ nullus archãgelorũ nõ dico beate marie virginis verum neqꝫ alicuꝰ sanctorũ inuidet glĩaz: sed totũ in altero vnusqsqꝫ possidet qđ gratis ꝑstatur oĩbꝰ: vt de oĩbꝰ in oĩbꝰ & ab omnibus honoret̃ & glĩficetur deus: q viuit & regnat trinus & vnus per infinita scl̃a seculorũ amẽ. Lectio. iij.

Qui superna celorũ regna spiritibꝰ angelicis decorauit: ad laudẽ & gloriam atqꝫ honorem sui nominis: ac maiestatis in ꝑpetuum miro eos ordine collocauit. De quibꝰ plura loq pertimescimus qr soli deo scire est: quomodo vl̃ quemadmodũ eoꝝ nobis inuisibilis absqꝫ cõtagione: seu diminutione: i sua sola puritate ↄsistit natura. Sed tñ nouẽ eẽ ordines angelorum ad dei iudicia discernẽda: ac ministeria cõplẽda: testante sacro eloquio cognouimus. Quoꝝ pricipatus atqꝫ potestates: subtiliter ac mirabiliter: dei oĩpotentis nutu distinguuntur. Alij ex illis ad nos in mũdũ missi futura ꝑdicẽdo perueniunt. Alij ad hoc sunt cõstituti vt ꝑ eos signa & miracula frequentius fiant. Alij subiecti angelorũ spiritibꝰ presunt: eisqꝫ ad explenda diuina mysteria ac disponenda principantur. Alij mira potẽtia ceteris preeminẽt: pro eo qđ ad obediendũ. alia angelorũ agmina eis subiecta sunt. Alij a tanta diuinitatis gratia replentur: vt in eis dominus sedeat: & per eos sua iudicia discernat. Alij tanto perfectiori scientia pleni sunt: quanto claritatem dei vicinius contemplantur. Alia vero ita deo coniuncta sunt ãgelorũ agmina: vt inter hec & dominũ nulla alia intersunt. Qui tanto magis ardent amore quanto subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciunt. Tales vt di

ximus a primordio incipientis vite: beatorum spiritū distinctiōes in supernis celorum regnis a deo conditore in perpetuum mirabiliter collocate subsistunt. His omnibus fratres charissimi tam decoris ac deo dilectis angelorum agminibus: huius diei solennitatem credimus esse consecratam. Sed ecce dum celestium ciuium secreta rimamur: supra modum nostre fragilitatis digressi sumus. Taceamus interim de secretis celestibus: et ante conditoris oculos tergamus peccatorum maculas: vt ad eos de quibus loqmur peruenire valeamus.

Adhuc tamē aliquid de hac eadem tam pulchra Lectio. iiij atq; preclara festiuitate loqui incipiamus: que non solum angelorum vt prediximus spiritibus: verum etiaz sanctis omnibus: qui in terra sunt: ab exordio mundi procreati: honorabiliter dedicata consistit: e quibus primi fuerūt patriarche: viri religiosi: atq; gloriosi in vita sua. Patres prophetarū et apostolorū: quorū memoria non relinquetur: et nomē eorum manet in eternum: quia deo digni inuenti sūt: fide preclari: hospitalitate precipui. Astuti in sensu: sapiētes in operibus secularibus locupletati. Reparatores orbis atq; retractores Justicia insignes: lōganimes in spe. Obediētes in preceptis: et creduli in promissionibus. Susceptores angelorum effecti: facie ad faciē deum videntes. Jn consilio prudentes: in prelijs victoriosi. Statum mundi regentes: sceptrum regni obtinentes. Quoruz imperij posteritas non cessauit: quousq; christus ex eorum germine per vterū intacte virginis: qui ē spes omniū gentium: natus in mūdo coruscādo miraculis apparuit: atq; totius orbis monarchiā capiendo retinuit. Mox sequtur electio prophetarū: cū quibus locutus est deus: et ostēdit illis secreta sua: vt ea que vētura erāt quasi presentia: spū sancto illuminati agnoscere atq; enunciare possint: et principibus populorum ventura predicerent: alij in vtero: alij in puericia: alij in iuuentute: atq; alij in senectute deo cogniti: et sanctificati inuēti sunt: fide pleni: deuotione summi: industria solertes. Excellenti ingenio prediti: in exercitatione discipline instructi: sancta meditatione assidui: metuq; mortis intrepidi: verberabant tyrannos: sacrilegos interfecerunt. Clauserunt effrenatis hymbribus celum: iterum parcendo aperuerunt. Peccata populi plangentes: eorum se vltioni opponētes. Multis quoq; miraculorum insignijs effulsere: hominum infirmitates curabant: mortuorum corpora resuscitabant: christi vero per virginem natiuitatem: ac passionem: vel resurrectionem siue ascensionem: spūs sancti aduentum futurum: consumationem mūdi:

iudicium dei:clara voce predixere. Hos omnes proculdubio venerandibus dici festiuitate nullo modo priuatos:consortes esse eam intuendo speramus. Nos ergo fratres charissimi antiquorum memoria precedentium patrum quos ante legem et sub lege scriptura sancta demonstrante cognouim⁹: ad hoc tantummodo proferim⁹: vt facilius intelligere valeatis:quanta vel qualis sit huius sacratissimi presentia diei:que omnibus his de quibus loquimur cõstat honeste dedicata in secula seculorum. Nunc ergo reuertamur ad eos quos vnda baptismatis et effusio sanguinis christi ab errore patrũ derelictos a squalore vetuste gentilitatis in vno testamento per gratiam spiritus sancti abluendo purgauit. Quorum oculi beati: qui christum in carne venientẽ videre meruerunt. Huius tam preclare visionis:ioannes baptista qui eodem angelo quo xp̃s renunciante conceptus est:in exordio predicationis atq; baptismatis primatum tenebat. Qui iesum peccata mundi tollentem viuendo agnouit:ac digito demonstrauit. Quo inter natos mulierum non surrexit christo testante maior. Qui merito precursor domini:preco iudicis:propheta altissimi nũcupatur:quia non dum editus christum in mũdũ venturũ prophetauit: et ad redemptionem animarum ad inferos descendentem:gloriosa precucurrit passione. Tu autem domine.

Lectio.v.

Hic athlete dei electorum concordat duodenus apostolorũ numerus:quos a primis miraculorum virtutibus ad componendum noue fidei fũdamẽtũ erigẽdũq; adhuc tenere statũ ecclesie:prouidentia diuina ex omnibus quos capiebat munus elegit. Ut in omnem terram sonus eorum exiret: et in fines orbis terre eorum procederent verba qui vere vinee:idest christo tanquam palmites sunt adherentes:quorum fructus in sempiternum permanẽs:non marcessit: quibus ipse dominus locutus est dicens. Uos estis lux mundi. Et non potest ciuitas abscondi supra montem posita:nec accendunt lucernam: et ponunt eam sub modio sed supra candelabrũ:vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et sic luceat lux vestra corã hominibus:vt videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrũ qui in celis est. Et iterum iam non dicam vos seruos:quia seru⁹ nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos:quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Et quodcunq; ligare voluissent sup terrã: ligatũ eẽt in celis. Et quodcũq; soluerẽt super terrã solutum in celis esse promisit. Et iterum cum venerit ad

iudicãdũ secũ eos super sedes duodeci eẽ sessuros: ꝛ secũ iudicaturos orbẽ terre predixerat. Hi fuerunt discipuli xp̄i: p̄dicatores fidei ꝛ doctores gẽtiũ. Qui dũ oẽs vnũ sint: singl'i tñ eorũ ꝓuincijs certisq; locis in mũdo ad predicandũ sortes ꝓp̄as acceperũt. Petrus namq; romam accepit. Andreas achayã. Jacobus hispaniã. Thomas indiam. Joãnes asiã. Mathe⁹ macedoniã. Philippus gallias. Bartholome⁹ licaoniã. Simõ zelotes ꝛ iudas fr̄es iacobi: egyptum ꝛ mesopotamiã. Mathias iudeã. Jacobus fr̄ dñi: hierusalẽ. Paulo aũt ap̄lo: cũ ceteris apostolis: nulla sors ꝓp̄a tradit': q: in omnibus gẽtib⁹ magr̄ ꝛ predicator eligit'. Nã sicut petro ꝛ reliqs: circũcisionis apostolat⁹ est datus: ita paulo p̄ncipij in gentib⁹. Hic tñ septem eccl'ijs ꝛ tribus euãgelizauit discipulis. Talib⁹ vt credimus patronis hec dies subiecta declaratur. Lectio. vi.

His subiectũ ẽ triũphale martyrũ nomẽ: q p diuersa tormẽtoꝝ genera: xp̄i passionẽ nõ lassãtib⁹ precordiorũ mẽtibus immitabant. Alij ferro perẽpti. Alij flãmis exusti. Alij flagellis verberati. Alij cruciati patibulo. Alij pelagi p̄iculo. Alij viui descoriati. Alij vinculis mãcipati. Alij liguis p̄uati. Alij lapidib⁹ obruti. Alij frigore afflicti: alij fame cruciati. Alij vero truncati manibus: siue ceteris cesi mẽbris: spectaculũ contumelie in populis: multa ꝓpt nomẽ dñi crucis afflictionẽ nudi portantes. Hi sunt triumphatores ꝛ amici dei: qui contemnentes sceleratorũ iussa p̄ncipũ modo coronãtur ꝛ accipiunt palmas laborum: q fũdati erãt supra firmã petrã: idest christum. De talibus et huiusmodi: apostolus mente compunctus ingemiscens ait. Sancti ludibria ꝛ verbera exp̄ti: insuper ꝛ vincula ꝛ carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierũt in melotis: ꝛ in pellibus caprinis: egẽtes: angustiati: afflicti: quibus dignus nõ erat mundus. Et cetera. Et beatus papa gregorius in expositione cuiusdam euangelij: de istiusmodi bellatoribus: querimoniam faciendo. Ecce inquit dilecti dei: carnem domant: spiritum roborant: demonibus imperant: virtutibus corruscant: p̄sentia despiciunt: eternã patriam vocib⁹ moribusq; p̄dicant: eam etiam moriendo diligunt: atq; ad illam per tormenta p̄tingunt: Occidi possunt: ꝛ flecti nequeũt. Et si coram hominib⁹ tormenta passi sunt spes eorum immortalitate plena ẽ. In paucis vexati in multis bene disponuntur. Quoniam deus tentauit eos: ꝛ inuenit illos dignos se. Tanquam aurum i fornace probauit illos: ꝛ quasi holocausti hostiam accepit eos. Nunc ergo martyrum christi cer

tamina atq3 victorias audiuimus: eis nimirum hunc diē tanto credimus sanctificatū quanto in semetipsis vt sanctificarēt laborare per tormenta non cessauere. Secūdū matheum.

In illo tpe: videns dominus iesus turbas ascēdit in montē. Et reliqua. ¶ Ex sermone pcedenti. Lectio. vij.

Christi vero sacerdotibus atq3 doctorib⁹ siue cōfessoribus huius festiuitatē diei non ignotā esse credim⁹: qui corda fidelium spiritualiter: quasi himbrib⁹ irrigant celestibus: vt feliciter pferre immarcessibilem bonorū operū possint fructū. Qui talenta sibi credita non solū reddere: verum etiā cum vsura sine fraude amplifica re procurarunt. Quia boni q̄ per gratiam sancti spiritus intelligēdo didicere: non sibimet tantūmodo: sed ꝛ alijs subiectorum mentibus profuturum secūdū apostoli preceptū arguēdo: obsecrādo: increpando: curamq3 faciēdo inserere nitebātur. Quoꝝ mēs lucidissima: manus vero plene sunt mundicia. Eo quod in mēsa altaris sacrosancta christi corpis ꝛ sanguinis mysteria celebrātes: ꝛ in sui cordis penetralibus hostiam viuam deoq3 placentē: idest: semetipsos sine macula atq3 sine admixtione praui operis offerre non desistūt: ꝛ licet persecutorū non sensissent gladiū: tamē per vite meritū deo digni martyrio non priuātur: quia martyriū nō sola sanguinis effusione sed abstinentia peccatoꝝ: ꝛ exercitatione dei preceptorū pficit.

Inter ceteras triumphatorū omniū christi militū Lec. viij. laudes: quas ergo hodierna celebritate leta per orbē recolit ecclesia: ꝛ beatarū quoq3 virginū gl'iosas in carne victorias memorie cōmendantes: deum cui nihil impossibile ē in sanctis opib⁹ suis mirabilē collaudemus: qui tātā in sexu femineo contulit virtutis cōstantiam: vt ex ipsius electis animabus: tanquam ex diuersis gemmarū coloribus aut ex cādidis purpureisq3 rosaꝝ ac liliorū florib⁹ aula celestis picta resplendeat. Talib⁹ siqdē sanctis animabus eminet illa beatissima dei genitrix ꝛ virgo maria: q̄ sola sine exēplo placuit altissimo. Que cū sit omniū ꝟginū forma viteq3 ꝛ morū singularis disciplina: siue altissime humilitatis verbis ꝛ exēplis admonebat domino deo adherētes: periturī lux⁹ seculi spernere: ꝛ a lenocinijs mortalis nature declinare: carnis pudicicia cū virginitatis bonore intra cordis hospitia obseruare. Eaq3 omniū virtutū regina fructus salutis perpetue sociam esse angelorū suis affirmabat exēplis ita vt innumerabilis vtriusq3 sex⁹ multitudo eius seqretur vestigia ꝛ relictis nuptialis vite copulationibus: spretaq3 liberorum propa

gine: sponso qui in celis est: perenni mente: actu ꝛ habitu: ꝛ gestu: se applicare maluerit. Orationibus instantes: ieiunijs adherentes: vigilias sacras adamantes: elemosinas sectantes: pauperes recreantes: nudos vestientes: infirmos visitantes: tribulatione gaudentes in verbis calumnie vel contumelie patiētes: in augmēto sue pfectionis humiles: in damno rerū tempalium gratias agentes. Hec omnia ꝛ his similia ꝑ desiderio regni celestis ꝛ ꝓpter vite eterne remunerationem: ardentissimo amore indesinenter atq̧ libēter peragunt ꝛ sic in charitate dei ac proximorū amore perseuerantes: deo soli vitam finire gaudent. Tu autē.

Lectio .ix.

Hodie dilectissimi omnium sanctorū sub vna solennitate leticia celebramus festiuitatem. Quorū societate celum exultat. Quorum patrocinijs terra letat᷑. Quorum triumphis ecclesia sancta coronatur. Quorū cōfessio quanto in passione fortior: tanto clarior ē in honore. Quia dum creuit pugna: creuit ꝛ pugnantium gl'ia ꝛ martyrij triumph⁹ multiplici passionū genere adornat᷑. Per quē quāto grauiora fuere tormenta: tanto gratiora fuere ꝛ p̄mia: dū catholica mater ecclesia per totum orbem terrarum longe lateq̧ diffusa: in ipso capite suo christo iesu: edocta est contumelias crucis ꝛ mortem nō timere: magis magisq̧ roborata nō resistendo sed tamē perferēdo. Uniuerso autē quos agmine inclyto carcer penalis inclusit: pari ꝛ simili calore virtutis ad gerendū certamē: gloria triūphalis inspirauit. O vere mr̄ eccl'ia: quā sic honor diuine dignationis illuminat: quam vicentium gloriosus martyrū sanguis exornat: quam inuiolate confessionis candida induit virginitas. Floribus eius: nec rose nec lilia desunt. Certent nunc charissimi singuli: ad vtriusq̧ honoris amplissimā dignitatē: vel de virginitate coronas habere candidas: vel de passione purpureas. In celestib⁹ castris pax ꝛ acies habēt flores suos: quib⁹ milites christi coronātur: dei enim ineffabilis: ꝛ immēsa bonitas etiā hoc preuidit: vt laborū quidē tēpus ꝛ agonis non extenderet: ne longum faceret eternum sed breue: et vt ita dicam momētaneū: vt in hac breui ꝛ exigua vita agones essēt ꝛ labores: in illa vero que eterna est: corona ꝛ premia meritorū: vt labores quidē cito finirētur: meritorum vero premia sine fine durarēt Ut post mūdi huius tenebras visuri essent candidissimam lucem: ꝛ accepturi maiorē passionū cunctarū acerbitatibus beatitudinē. Testante hoc apostolo: vbi ait. Non enim condigne sunt passiones huius temporis: ad superuēturā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Quos

leto sinu de prelio reuertetes: ciuitas celestis excepit: et de hoste prostrato trophea feretib⁹ occurrit. Cū triūphātib⁹ viris femine veniunt: que cum seculo sexū quoqȝ vicerūt et geminata glīa militie virgines cū pueris: teneros annos v̄tutibus transeūtes. Sed et cetera fidelium turba aule ppetue regiā intrant: q sinceritatē fidei inconcussis p̄ceptorū celestiū disciplinis: viteqȝ pacem obseruauerūt. Ergo agite nūc fr̄es aggrediamur iter vite: reuertamur ad ciuitatē celestē: in qua scripti sumus et ciues decreti. Non sumus hospites: sȝ ciues sanctorū et domestici dei. Etiā illi⁹ heredes coheredes āt xp̄i. Huius nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo: et fiducia latū p̄bebit ingressum. Consideremus ergo inclytam vrbis illi⁹ felicitatē: illi in quātum considerare possibile est. Et enim vere hanc cōp̄rehēdere nullus sermo sufficiat dicit̄ de ea in quodā loco sic: q̄d aufugiet vbi dolor: et tristicia et gemit⁹. Quid hac vita beati⁹ vbi nō est paupertatis metus: nō egritudinis imbecillitas. Nemo inidet: cupiditas nulla exardescit: nullū cibi desideriū: nullū nulla honoris pulsat āt potestatis ābitio: null⁹ ibi diaboli met⁹: insidie demonū nulle: terror pcul: neqȝ corporis: neqȝ aīe: sȝ imortalitatis munera fecūda. Nulla erit tunc vsqȝ discordia: sed cuncta consona: cuncta conuenientia. Quia omnium erit sanctorum vna concordia. Pax cuncta et leticia continens: tranquilla sunt omnia et quieta: ingēs splendor. Nō iste qui nunc est: sed tanto clarior quāto felicior. Quia ciuitas vt legit̄ illa non egebit lumine solis: sed dominus omnipotens illuminabit eam: et lucerna eius est agnus. Ubi sancti fulgebunt vt stelle in perpetuas eternitates: et sicut splēdor firmamētī: qui erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla: null et tenebre: cōcursus nubiū nullus: nec frigoris: ardoris nec aspitas vlla: sed talis quedā erit rerū tēperies quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: nisi illorum q ea digni inueniuntur: quorūȝ nōia scripta sunt in libro vite. Qui et lauerunt stolas suas in sanguine agni: et sunt añ sedem dei seruiēt̄qȝ ei die ac nocte. Nō est senect⁹ ibi neqȝ miseria: dum oēs occurrunt in virum perfectum: in mēsuram etatis plenitudinis xp̄i. Uerum super hec omnia est consociari angelorum et archangelorū cetibus: tronis etiam et dominationibus: principatib⁹ et potestatib⁹: omniū celestiū supernarūqȝ virtutū cōtubernijs pfrui: et intueri agmina sanctorū splendidius syderibus micantia: patriarcharū fide fulgentia: et pphetarū spe letātia: apostolorū in duodecī tribubus orbē iudicantia: martyrum purpureis victorie coronis ru-

centia: ṽginti quoqꝫ choros candẽtia serta gestantes: inspicere. De rege autem qui horum medius residet: dicere vox nulla sufficit. Effugit enim omnẽ sensuꝫ humane mẽtis excedit decus illud: illa pulchritudo: illa ṽtꝰ: illa gloria: illa magnificẽtia: illa maiestas. Ultra enim omnem sanctorum est gl'ia ipsius inextimabilẽ aspicere aspectuꝫ ꝛ splendore maiestatis eius irradiari. Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre: si ipsam gehennam paruo tempore tollerare vt christum videre possimus in gl'ia venientem: ꝛ sanctorũ eiꝰ numero sociari: nonne erat dignum pati omne quod triste est: vt tãte bonitati glorieqꝫ participes haberemur. Que erit illa fr̃es charissimi iustorũ gloria: quam grandis sanctoꝝ leticia: cũ vna queqꝫ facies fulgebit sicut sol: cum ordinibus distinctis populum suũ dominus in regno patris sui ceperit recẽsere: ꝛ meritis atqꝫ operibus singulorum premia promissa restituere: pro terrenis celestia: pro tẽporalibus sempiterna: pro modicis magna prestare: adducere sanctos in visionem perpetue glorie: ꝛ facere in celestibus cõsidere: vt sit deus omnia i omnibus: eternitatemqꝫ amatoribus suis ꝛ immortalitatem largiri: atqꝫ eos quos sanguinis sui viuificatione reparauit: denuo ad paradysum reducere: regna celoruꝫ fide ꝛ veritate sue pollicitationis aperire. Hec hereãt firmiter sensibꝰ nostris. Hec intelligãtur plena fide. Hec toto corde diligãtur. Hec indesinẽtiũ operum magnanimitate acquirantur. Res posita est in potestate facientis: quia regnũ celorum vim patitur Res ista o homo: idest regnum celeste aliud non querit preciũ: nisi te ipsum. Tantum valet: quãtuꝫ tu es. Te da ꝛ habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus semetipsum tradidit: vt acquireremus regnum dei patris. Itaꝫ tu te ipsum da: vt sis regnum eius: ac non regnet peccatũ in mortali tuo corpore: sed spiritus in acquisitionem vite. Hac igit' operum salutarium delectemur palma prestante deo domino nostro iesu christo: ꝗ cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat: in secula seculorum Amẽ.

In natale sanctorum Nicostrati ꝛ sociorum. Lectio. i.



Ome natalis sanctorum martyrum: Claudij: Nicostrati: Simphoriani: Castorij: ꝛ Simplicij: imperatoribus Diocletiano ꝛ Maximiano. Hi cum essent artifices insignissimi ꝛ marmorum cesores

probatissimi imperatori diocleciano valde sunt facti accepti. Cum itaqꝫ tempore quodam essent quadraturis marmorum intenti: et artem suam signo christi munirent: ⁊ ad voluntatem ipsorum artificiū fieret: horum vnus simplicius: qui adhuc pagano errore tenebatur: dixit ad quatuor reliquos. Adiuro vos per deum solis: vt qs iste deus sit dicatis mihi in cuius nomine vos tam bene operamini. Cui simphorianus. Si potes credere tibi: et mox non tantum artem consequeris: sed et vitam eternam habebis. Quem cū in fide solidatū beato cirillo episcopo consignasset: idem episcopus baptizauit eū et christo dño credere informauit. Non multo post accusati a philosophis quod christiani essent: et quod deum esclapium fingere sicut preceperat iperator ex marmore porphiretico et ꝓconico noluissent: diocleciannus iussit cuidam tribuno lampadio: sub moderatione verborum eos audire. Lu. Lec.ij.

Quibus idem lampadius dixit. Adorate deum solē: vt destruatis consilium philosophoꝝ. Qui respondentes dixerūt. Nos numquam adoramus facturam manuum nostrarum: sed adoramus deum celi et terre: qui imperat in eternum iesum christum filium dei. Reclusi sunt igitur: in custodia publica. Inde cū mutari a fide christi non possent: iubente lampadio expoliantur: scorpionibus grauissime ceduntur. Mox lampadi⁹ a demonio arrept⁹ expirauit. Hoc factum cū audisset dioclecianns nimio furore repletus: iussit cuidā vincencio rogato: vt in loculis plumbeis concluderent: ac sic in fluuium precipitarentur. Post dies autem quadraginta duos: venit quidam nichodemus christianus: leuauitqꝫ cum ipsis loculis corpora martyrum: et in domo sua honorifice posuit. Passi sunt vero

Eodē die natalis sanctorū (sexto idus nouēbris. Lec.iij.
quatuor coronatoꝝ: idest: seueri: seueriani: carpophori: et victorini. Hi cū īpellerent ad sacrificādū: reluctantes nec omnino cōsensum impijs prebētes: persiterunt in fide. Nūciatū hoc ē diocleciano iperatori. Quos illico iussit adduci: vt āte simulacrū asclepij ictibus plumbatarum cesi: deficerent. Quoꝝ corpora iussit in platea canib⁹ iactari: que iacuerunt ibi dieb⁹ quinqꝫ. Tūc christiani venerūt ⁊ collecta corpora sepelierūt: in via lauicana miliario ab vrbe tertio in arenario iuxta corpora sanctorū martyrū: claudij: nicostrati: simphoriāi: castorij: ⁊ simplicij. Passi sūt aūt sexto id⁹ nouēbris. Post duos tamē ānos passionis hoꝝ quinqꝫ martyrū cū noīa eoꝝ minime reperirēt: statuit beat⁹ melchiades episcop⁹: vt aniuersaria qua

tuor coronatorum dies sub nominibus sanctorum quinqꝫ marty-
ruz recoleretur. Intercurrentibus tamen annis: cuidam viro etiaz nomina eorum reuelata sunt. Festiuitas vero vt fuerat statuta celebris in aliorum martyrum festiuitate permansit: ac locus quatuor coronatorum nomine insignis.

In natale sancti theodori. Lec. j.



Atalis sancti theodori martyris: tēporibꝫ diocletiāi ꝛ maximiani impatorū. Qui cū eēt miles ꝛ vere christianus: adductus est ad bricham prepositū legiōis. A quo dilatiōe accepta: vt sententiā fidei mutaret: cum in sententia irreuocabiliter permaneret: iudici popilio sistitur: qui iussit eum mitti in carcerem: et signari ostium carceris: vbi diuina visione consolatur: post aliquot dies iterum adductus ante presidem: suspensus est in ligno et vngulis ferreis latera eius rasa quousqꝫ coste ipsius nudarentur. Deinde dictauit sententiam dicens. Theodorum non obtemperantem preceptis inuictissimorum imperatorum potentieqꝫ deorum: credentem vero iesum crucifixum: iubeo igni tradi. Igitur beatus martyr signaculo crucis munitus: manibus post tergū ligatis: in focos propellitur. Et circunspiciens videt in turba lachrymantem cleonicum: qui cum eo thiro adductus fuerat: et exclamans dixit. Cleonice expecto te: festina et sequere me. Et cum iam flammarum globis vndiqꝫ vallaretur: beatus martyr orationē fudit: laudās et glorificans patrem et filium ac spiritum sanctum: sicqꝫ sanctam suam animam christo reddidit quinto idus nouembris. Quedam autem mulier eusebia nomine: collegit corpus eius: et sindone mūda inuoluens transtulit in possessionem suam: in locum qui appellatꝰ euchaita. Itez eodē die apud bituricas sancti vrsini: qui rome ordinatꝰ a successoribus apostolorum primus ipsi vrbi destinatur episcopꝰ.

In nāle sancti mēne martyris. Lec. j.



N cripta metropolis frigie: passio sci menne martyris. Qui persecutione diocleciani et maximiani: cū esset miles et nobili genere ex egyptiorum prouincia ortus: abrenuncians terrene militie: primum celesti regi secreta cōuersatione in heremo militauit. Deinde natalicijs prefatorum imperatorum proce

dens ad publicum: ac se xp̃ianum corã ipsis voce declarans: traditus est pirro duci torquendus: qui iussit eum in carcerem includi: quamdiu imperatorum natalicia celebrarentur. Tu autem.

Lectio .ij.

PEracta igitur festiuitate: assidente eo pro tribunali: iussit eum suis aspectibus presentari. Cui ꝛ dixit. Hesterna die eteniž īfauste temerarie ausus est theatrum introire: ac vanissimis nescio quibus eloquijs prophanare: maxime cum de te asseratur opera militie: nunc sacrifica dijs: vt omnia tibi q̃ per ignorantiã gessisti ignoscantur: et ad honorem pristinum reformeris. Tu. Lec. iij.

AD hoc beatus mennes cum respondisset. Ego huius seculi honore non delector: sed christi discipulus effici cupio: iubente duce extensus et neruis bubulinis manibus ligatis tam diu a militibꝰ ꝛ virgis cesus est: donec sanguine ipsius platee locus repleretur deinde in eculeo exungulatus et lampadibus circum latera adustꝰ est: cilicioq̃ꝫ plage eius a militibus fricate: et carbones ignis super plagas eius impositi: ꝑ tribulos quoq̃ꝫ et sudes ferreos ligatis manibus et pedibus tractus: plumbatis etiam collo ꝛ maxillis grauiter contusus in laude et confessione omnipotentis dei immobilis ꝑmansit. Nouissime pirrus dux sententiam ex tabella recitari precepit. Mẽnem ex milite: omnium christianorum auctorem nolentem acquiescere preceptis imperatorum: neq̃ꝫ volentem sacrificare dijs: gladio animaduerti placet: et corpus eius igni comburi. Furtim itaq̃ꝫ a christianis corpus eius e medio ignis ereptum est: ac mundis linteaminibus aromatibusq̃ꝫ conditum: debita veneratione in cimiterio tertio idus nouembris curatum est. Cuius deinde sacrum corpus constantinopolim translatum ciuitatem regiam digno honore veneratur. Item lugduno natalis sancti verani episcopi: cuius vita fidei et virtutum meritis illustris fuit.

In nt̃e sc̃i martini episcopi. Lec. j.



Stĩ martinꝰ sabarie pãnoniorꝫ opido oriũdus fuit sed intra italiã ticini alitus ẽ: parẽtibꝰ scd̃m seculi dignitatẽ nõ infimis gẽtilibꝰ tamẽ. Pater eiꝰ miles primũ: post tribunꝰ militũ fuit. Ipse armatam militiã in adolescentia sua secutus: inter seculares alas sub rege constãtio: deinde sub iuliano cesare militauit. Non tamen sponte: et quia a primis fere annis diuina potius

seruitute: sacra illustris pueri inspirauit infantia. Nam cum esset annorum decem inuitis parentibus ad ecclesiam confugit: seqz catecuminum fieri postulauit. Mox mirum in modu3 totus in dei opere conuersus: cum esset annorum duodecim: heremum concupiuit. Fecissetqz votis satis si etatis infirmitas nō obstitisset. Animus tamen aut circa monasteria: aut circa ecclesias semper intentus: meditabatur adhuc i etate puerili: qd postea deuotus impleuit. Lec. ij.

Sed cum dictum esset a cesare: vt veteranorum filij ad militiam scriberentur: prodente patre qui felicibus eius actibus inuidebat: cum esset annorum quindecim raptus et catenatus sacramentis militaribus implicatus est: vno tantum seruo comite contentus Cui tamen versa vice dominus seruiebat: adeo vt plerumqz et calciamenta ipse detraheret: et ipse detergeret. Cibum vna caperent: huic tamen sepius ministraret. Triennium fere ante baptisma in armis fuit: integer tamen ab his vicijs: quibus illud humanum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas: patientia vero atqz humilitas: vltra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudari non est necesse: qua ita vsus est: vt iam illo tempore non miles sed monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos deuicerat: vt eum miro affectu venerarentur. Necdu3 tamen regeneratus in christo: agebat iam quoddam bonis operibus baptismatis candidatum. Assistere scilicet laborantibus: opem ferre miseris: alere egentes: vestire nudos nihil sibi ex militie stipendijs preter quotidianum victū reseruabat. Iam tunc euangelij nō surdus auditor: de crastino nō cogitabat. Lec. iij.

Quodā itaqz tempore cū iam nihil preter arma et simplicē militie vestem haberet media hyeme q̄ solito asperior inhorruerat: adeo vt plerosqz vis algoris extingueret: obuiū habet i porta ambianensium ciuitatis pauperē nudum. Qui cum pretereuntes vt sui misererentur oraret: omnesqz miserum preterirent: intellexit vir deo plenus: sibi illum alijs misericordiā nō prestātibus reseruari. Quid tamen ageret qui nihil preter clamidem quam induebatur habebat Iam enim reliqua: in opus simile cōsumpserat. Arrepto itaqz ferro quo accinctus erat mediam diuisit partemqz eius pauperi tribuit: reliquam rursus induit. Interea de circunstantibus ridere nōnulli ceperunt: quia deformis esset: et truncatus habitu videretur. Multi quidem quibus erat mens sanior altius gemuere quod nihil simile fecissent: cum vtiqz plus habentes vestire pauperem: sine sua

nuditate potuissent. Nocte igitur insecuta cũ se sopori dedisset: vi dit christum clamidis sue qua pauperem texerat parte vestitũ. Intueri diligentissime dominum: vestemq3 quã dederat: iubet agnoscere. Mox ad angelorum circunstantium multitudinem audiuit christum clara voce dicentem. Martin⁹ adhuc cathecumin⁹ hac me veste contexit. Vere memor dominus dictorum suorũ: qui ante predixerat: quamdiu fecistis hec vni ex minimis istis mihi fecistis: se in paupere professus est fuisse vestitum. Et ad confirmandũ tam boni operis testimonium in eodem se habitu quem pauper receperat: dignatus est ostendere. Quo viso vir beatissimus non in gloriam est elatus humanã: sed bonitatem dei in suo opere miratus: cũ esset annorum viginti ad baptisma conuolauit. Lec. iiij.

In illo tempore: beatissimus martinus gloriosum ipsius obitũ longe ante presciuit. Dixitq3 fratribus dissolutionem sui corporis imminere. Interea causa extitit: qua condatensem diocesim visitaret. Nam clericis inter se ecclesie illius discordantibus: pacem cupiens reformare. Licet finem dierum suorũ non ignoraret. Proficisci tamen ob istiusmodi causam non recusauit. Bonam hãc vir tutum suarum consumationem existimans: si pacem ecclesie reddi tam reliquisset. Itaq3 profectus cum suo illo vt semper frequentissimo discipulorum sanctissimoq3 comitatu: mergos in flumine conspicatur piscium predam sequi: et rapacem ingluuiẽ assiduis vrgere capturis. Forma inquit hec demonum est. Insidiantur incautis capiunt nescientes: captos deuorant: et saturiri non queunt deuoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum vt eum cui innatabant gurgitem relinquentes: aridas peterent desertasq3 regiones Eo nimirum circa aues illas vsus imperio: quo demones effugare consueuerat. Ita grege facto omnes in vnum ille volucres congregate relicto flumine: montes siluasq3 petierunt. Non sine admiratione multorum: qui tamen in martino virtutem viderũt: vt etiã auib⁹ imperaret. Aliquãdiu ergo i vico illo vł in eccl'ia ad quã ierat cõmorat⁹ pace int' clericos restituta: cũ iã regredi ad monasteriũ cogitaret: virib⁹ corporis cepit repente destitui: cõuocatisq3 discipu. Tunc vero meror ⁊ luctus (lis indicat se iam resolui. Lec. v. omniũ vox vna plãgẽtiũ Cur nos pat' deseris: aut cui nos desolatos relinq̃s? Inuadẽt eni gregẽ tuũ lupi rapaces. Et q̃s eos a morsibus nr̃is ꝑcusso pastore ꝓhibebit? Scim⁹ q̃dẽ desiderare te xp̃m sed salua sũt tibi p̃mia tua: nec dilata minuent: nr̃i potius miserere

quos deseris pater. Tūc ille motus his fletib⁹ (vt totus semper in domino misericordie visceribus affluebat) lachrymasse perhibetur Conuersusqȝ ad dominū hac tantum fletibus voce respondit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius: non recuso laborem fiat voluntas tua. Nimirum inter spem amoremqȝ positus dubitauit pene quid mallet: quia nec hos deserere: nec a christo volebat diutius separari: nihil tunc in voto suo ponens: aut voluntati relinquēs totum se domini arbitrio potestatiqȝ committens. Nōne tibi his paucissimis verbis dicere videtur? Grauis quidē est domine corporee pugna militie: et satis est iaȝ quod hucusqȝ certaui. Sed si adhuc in eodem labore pro castris tuorum stare me precipis: non recuso laborem nec fatiscentem causabor etatem. Munimina tua deuotus implebo sub signis tuis quoadusqȝ iusseris militabo. Et quamuis optata sit seni messio post laborem: est tamen animus victor annorum et cedere nescius senectuti. At si iam parcis etati: bonum mihi est domine: fiat voluntas tua. Hos vero quibus timeo: ipse custodias. O virum ineffabilem nec labore victum nec morte vincendū: qui in nullā partem se proniorē inclinauit: nec mori timuit: nec viuere recusauit. Itaqȝ cū iaȝ ꝑ aliquot dies in febre teneret non tamē a dei opere cessabat: pernox in orationibus: in vigilijs: fatiscentes artus spiritui seruire cogebat: nobili illo stratu suo retinere: et cilicio recubans. Et cum a discipulis rogaretur vt saltem vilia sibi sineret stramenta supponi: non decet inquit filij xp̄iani nisi in cinere mori. Ego si aliud vobis exēplū reliquo: ipe peccaui. L. vs.

Oculis ac manibus in celum semper intentus: inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum a presbyteris qui tūc ad eum confluxerant rogaretur: vt corpusculum lateris mutatione releuaret: sinite inquit sinite me fratres celum potius respicere quam terram: vt suo iam itinere iturus ad dominum spiritus dirigatur. Hec locutus: diabolum vidit prope se assistere. Quid hic inqt astas cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies: abrahe sinus me recipiet. Cum hac ergo voce fatigatum diuinis operibus spiritum celo reddidit. Testatiqȝ nobis sunt qui affuerunt: iam exanimis corporis glorificatiqȝ hominis vidisse se gloriam. Vultus eius luce clarior renitebat cum membra cetera: nec tenuis quidē macula fuscaret. In alijs etiam et in alijs artub⁹ non pudēdis: septennis quodammodo pueri gratia videbatur. Quis istum vnquam cilicio tectum: quis cineribus crederet inuolutum? Ita vitro purior: lacte

candidior iam in quadam future resurrectionis gloria: et natura de mutate carnis ostensus est. Jam vero in obsequium funeris eius credi non potest quanta hominum multitudo cõuenerit: tota obuia corpori ciuitas ruit. Cuncti ex agris atq; villis: multiq; ex vicinis etiam vrbibus affuerunt. O quantus luctus hominum: quãta precipue merentium lamenta monachorum: qui eo die fere ad duo milia tonasse dicuntur. Specialis martini gloria: cuius exemplo in domini seruitute stirps tanta fructificauerat. Agebat nimirum ante se pastor extinctus greges suos: sancte illius multitudinis pallidas turbas: agmina palliata: et aut emeritorum laborum senes aut iuratos christi in sacramenta tirones. Aderat virginum chorus cum fletu abstinens pre pudore: cum letandũ potius illi esse sentirent: quem iam suo dominus gremio confoueret: quam sancto dissimulabat gaudio quod dolebat. Siquidem fides flere prohibebat: gemitum extorquebat affectus. Etenim tam erat sancta de illius gloria exultatio: quam pia de morte confusio. Ignosceres fletibus: gratulareris gaudentibus: quia pium est gaudere martino: et pium est flere martinum: dum vnusquisq; et sibi prestat vt doleat: et illi debet vt gaudeat. Hec igitur beati viri corpus vsq; ad locum sepulchri hymnis canora celestis turba prosequitur. Comparetur si placet secularis illa pompa: non dicam funeris sed triumphi. Quis similis martini exequiis confiteretur? Ducant illi pre curribus suis vinctos post terga captiuos: martini corpus: hi qui mundum ductu illius vicerant prosequuntur. Illos confusis plausibus populi honor et fama: martino diuinis plauditur psalmis. Martin᷒ hymnis celestibus honoratur. Illi post triumphos suos in tartharea seua truduntur: martinus abrahe sinu letus excipitur. Martinus hic pauper et modicus: celum diues ingreditur. Archadio vero et honorio imperantibus: sanctus martinus turonorum episcopus plenus virtutibus et sanctitate prebẽs infirmis multa beneficia octogesimo etatis sue anno: episcopatus autem vicesimo sexto apud condatensem diocesis sue vicum excedens a seculo feliciter migrauit ad christum. Transijt autem media nocte: que dominica habebatur: atrico cesare quoq; consulibus: Regnante domino nostro iesu christo cui est honor et gloria in seculorum secula. Amen. Scd̃m matheum.

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis: parabolã hanc. Homo quidam peregre proficiscẽs: vocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Omelia beati gregorij. Lec. vij.

LEctio sancti euangelij fratres charissimi: sollicite considerare nos ammonet: ne nos q plꝰ ceteris ĩ hoc mũdo accepisse aliqd cernimur: ab auctore mundi grauiꝰ inde iudicemur: Cum enim augẽtur dona: rationes etiã crescũt donorũ. Tãto igit̃ qsqꝫ humilior atqꝫ ad seruandũ promptior debet esse ex munere: quãto se obligatiorẽ cõspicit ĩ reddẽda ratiõe. Ecce hõ q peregre proficiscit̃: suos suos vocat: eisqꝫ ad negociũ talẽta ptitur. Post multũ vero tẽporis positurus rationẽ: reuertit̃. Bene operantes ꝓ apportato lucro remunerat: seruũ vero a bono opere torpẽtẽ damnat. Quis itaqꝫ iste homo est: qui peregre proficiscit̃: nisi redemptor noster qui ĩ ea carne quã assumpserat abijt in celũ. Carnis enim locꝰ proprius: terra est. Que q̃si ad peregrinãdũ ducit̃: dũ per redẽptorẽ nostrũ in celo collocat̃. Sed homo iste peregre proficiscens seruis suis bona sua tradidit: quia fidelibus suis spiritualia dona cõcessit. Et vni quidem quinqꝫ talẽta: alij autẽ duo: alij vero cõmisit vnũ. Quinqꝫ talenta quinqꝫ sunt corporis sensus. Uidelicet visus: auditus: gustus: odoratus: et tactus. Lec. viij.

QUinqꝫ igit̃ talentis: idest dono quinqꝫ sensuũ: exterior scientia exꝓmit̃. Duobꝰ vero intellectus et operatio designãtur. Uniꝰ aũt talenti noĩe: intellectꝰ tantũmodo demõstratur. Sed is qui qnqꝫ talenta accepit: alia quinqꝫ lucratus est: quia sunt nonnulli qui et si interna ac mystica penetrare nesciunt: pro intentione tamẽ superne patrie docẽt recte quos possunt de ipsis exterioribꝰ q̃ acceperũt. Dum q se a carnis petulãtia ac terrenarũ rerũ ãbitu: atqꝫ a visibiliũ voluptate custodiũt: ab his etiam alios admonẽdo cõpescunt. Et sunt nõnulli: q quasi duobus talẽtis ditati: intellectum atqꝫ operationẽ percipiunt subtilia de internis intelligunt: miraqꝫ in exterioribus operant̃. Cumqꝫ et intelligendo et operando alijs predicant: quasi duplicatũ de negocio lucrum reportãt. Bene aũt alia quinqꝫ vel alia duo in lucrũ venisse referunt̃: qr dum vtriqꝫ sexui ꝑdicatio impẽdit̃ quasi accepta talenta geminant̃. Sed is q vnũ talẽtũ acceperat abiẽs fodit in terrã et abscondit pecuniã domini sui. Talẽtũ in terra abscõdere est: acceptum ingeniũ in terrenis actibus implicare: lucrum spiritale non q̃rere: cor a terrenis cogitationibꝰ nũquã leuare. Sũt namqꝫ nõ nulli q donum intelligentie ꝑceperunt: sed tamẽ que sola carnis sunt sapiunt: de q̃bus ꝑ prophetam dicit̃. Sapientes sunt vt faciant mala: bene autẽ nesciũt facere. Sed dominus qui talenta contulit: rationem positurus redit. Quia ab his quibus nunc spiritualia ple-

dona tribuit: districte in iudicio merita exquiret. Lectio .ix

Quid quis accipit consideret: et quod lucrū de accepto reportat pēset. Seruꝰ q geminata talēta retulit a dn̄o laudatur: atq ad eternā remunerationē ꝑducit: cum ei dn̄ica voce dicit. Euge serue bone et fidelis: qr supra pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā: intra in gaudiū dn̄i tui. Pauca qppe sunt bona oīa presentis vite: quātūlibet multa videant. Sed tūc fidelis seruus supra multa constituitur: quādo deuicta omni corruptionis molestia de eternis gaudijs in illa celesti sede gloriatur. Tunc ad dn̄i sui gaudium perfecte intromittit: quando in eterna illa patria assumptus: atq āgelorū cetibus admixtꝰ: sic interius gaudet de munere: vt iā nō sit qd exteriꝰ doleat de corruptione. Seruꝰ autē q operari de talēto noluit. Ad dn̄z cum verbis excusationis redit: dicēs. Dn̄e scio qr homo durus es: metis vbi non seminasti: et cōgregas vbi nō sparsisti: et timens abij et abscondi talentū tuū in terra: ecce habes qd tuū est. Notādum q inutilis seruus durū dn̄m vocat: cui tn̄ ad lucrum deseruire dissimulat. Et timuisse se dicit: in lucrū talentum se expendere: qui hoc solum timere debuerat: ne hoc sine lucro ad dominū reportaret. Sunt enim pleriq intra sanctam ecclesiam: quorū iste seruus imaginem tenet: q melioris vite vias aggredi metuūt: et tn̄ iacere i sui torporis ignauia nō ptimescūt. Cūq se peccatores cōsiderent: scitatis vias arripe trepidāt: et remanere in suis iniqtatibꝰ non formidant.

Cōmemoratio sci emiliani. Lec. i



Uturus pastor hominuz: beatus emilianus pastor ouium. Minabatq oues ad vireta mōtiū. Et vt mos esse solet pastorū citharā vehebat secū: ne ad gregis custodiam torpor impediret mētē ociosam: minusq exercitatione suspensam. Cūq ad dispositū celitus ꝑuenisset locum: diuinus illico in eū irruit sopor: eteni ille opifex mundorū cordiū: cōsueto studio prebet artifici sui officiū. Uertitq cithare materiam: in litterarū instrumenta: animūq opilionis: in compunctionē supne cōtēplationis. Expꝑgefactus celestē meditabatur vitā: relinquēsq curā ouium: tendit ad heremi loca. Dictauerat ei fama: eē quēdā heremitā: nomine felicē virū sanctissimum: cui se non inmerito ꝑberet discipulū: qui tūc morabat in castello bilibio. Arripiēs iter ꝑuenit ad eū cuiꝰ se famulatui subiicit promptum: instituitur ab eo quo pacto immitabundus

poss'et ad supernū regnū dirigere gressum. Hoc credo nos facto instruens: neminem sine maiorū institutione: recte ad beatā vitam tendere posse. Tu autem domine. Lectio ij.

Quod neqꝫ iste vir fecit: nec paulū xp̃s instruxit: neqꝫ samuelem vt faceret: potētia diuina pmisit: cū hunc ad heremitā: ⁊ paulū ad ananiā: atqꝫ samuelē recurrere permittit ad heli. Quos tñ iam signis alloqꝫ animauerat suo. Postea quā ab eo est appͥme vias vite edoctus: ac discipline diuitijs affatim thesaurisqꝫ salutis ditatus: ad sua doctrine remeat grā copiosus. Ac sic venit haud procul a villa vergegio: vbi nūc eius habetur corpusculū gloriosū. Ibiqꝫ nō multo moratus tpe: videt impedimēto sibi fore hominū ad se occurrentium multitudinem. Celsiora petit. Leuesqꝫ p ardua gressus agebat: spiritus promptus. Ut non solum corde sed etiam corpore: explorationis valle gradiēs de virtute i virtutem: videretur iacob quodā modo scalā conscēdere. Hic autē vbi peruenit ad remotiora discentij montis secreta: emilianiqꝫ eius quantū q̃litas celi silueqꝫ sinebat propinquus: collibus hospes effectus: consortio hominum priuatus: angelorum solummodo fugebatur cōsolationibus. Quadragenis ibi fere habitans annorum recursib⁹. Lectio iij.

Quas ille ibi inuisibiles quasqꝫ pugnas visibiles quasqꝫ vario callidoqꝫ modo tētationes: quas nebulonis antiqͥssimi ludificationes fuerit expertus: hi soli optime norūt: q ea in semetipsis experiri contēdunt dum illic omnē affectum: illic omne desideriū: illic omne incitamentum: illuc deniqꝫ omnem omnino dirigebat cursum quo semel arripuerat irrepedabile deuotionis sancte propositum O ingens donū: o singularem virum: o prestantissimum animū: ita diuine contemplationi deditum: vt nihil sibi de eo vendicare videretur hoc seculū. Quotiens vt coniscio afflatus ardore diuino: inter densissimas altissimasqꝫ siluas excelsosqꝫ vertices colliū promōtoriaqꝫ petentia celum: voce delata agebat ad christum. Heu me: qꝫ peregrinatio mea prolongata est. Quotiēs suspirijs ingemiscēs clamitabat: cupio dissolui: ⁊ eē cū xp̄o. Quotiēs vehemētissime visceribus commotis eiulabat: quādiu sum in hoc corpore: pegrinor a domino. Interea frigore quatiebatur: inclemēti hyme inficiebatur: sollicitudine destituebatur: ventorꝫ flamine vexabatur. Et vim frigoris: squalorem solitudinis: ingruentiam hymbris: austeritatē flaminis amore dei: contemplatione christi: gratia spiritus sancti non modo tollerabiliter: sed etiam libenter desideranterqꝫ suscipie-

bat. Tu autem domine. Lectio. iiij.

Sed quoniam ciuitas super montem posita diu latere non potu it: eo vsqz fama sanctitatis eius percrepuit: vt in noticiam pene omniũ perueniret. Diuine etiam qui tunc põtificatus gerebat: in ti rasona ministerium cum hoc quoqz delatum fuisset: assequitur homi nẽ in ordine ecclesiastico volẽs inserere: eius quippe erat in diocesi. Durum illi primum videtur ac graue: refugere ac reniti ⁊ quasi de celo duci ad mundum: de quiete iam pene nacta: ad officia laborio sa: vitamqz contemplatiuam transferri in actiuam. Tandẽ coactus est: inuitus obedire. Qua propter in ecclesia vergegio presbyterij ẽ infunctus officio. Tũc relictis oĩbus qb' dediti solent esse ordinis nostri: quidam homines huius temporis sanctam impartiebãt cu ram: in hanc retractus fuerat vitam. In quo tamen continuate pre ces ebdomadarum inedia: iugis vigilia: discretio vera: spes certa: frugalitas magna: iusticia blanda: patientia solida: ⁊ vt breuiter di cam: ab omni omnino re mala indefesse persistebat: parsimonia ma xima. Sapientie etiam flores ita de pratis discerpserat ineffabilis diuinitatis: vt is qui vsqz ad octauum memorie vix comendauerat psalmum: incomparabiliter longeqz prestantius peritia: prudentia: astutiaqz mundi vetustos anteiret philosophos nec immerito sa ne: quia quod illis secularis industria: isti diuinitus superna concef ferat gratia. Tu autem domine. Lectio. v.

Vere cognitio vt celicolis antonio: martinoqz miraculis per omnia similis. Sed vt multa pretercam inter cetera ecclesia stica studia hec maxima erat industria: vt strẽnue solerterqz quam ocius posset iniquuz de templo domini pellere marmora: quo circa christi substantiam christi visceribus impartiebat locupletem red dens ecclesiam virtutibus: non opibus. Religione non redditibus christianis non rebus. Fenozat christo non pro iactura tempalium rerum. Ob hanc rem vt mos pessimorũ solet esse clericorum: assi stunt quidaz ex clericis suis corã pfato episcopo ad eũ videlicet ob dãna rei familiaris lacessẽdũ. Jurgãtesqz aiũt: patere eccl'ie detrimẽ ta: resusceptas vsquequaqz imunitates. Jã dict' antistes facibus ire accendit': ⁊ inuidia ab ei' virtutib' terebat'. Intuẽs in virũ dei: vehementer inuehitur. Cũqz vt se habet animus furia ebri': iracũ die crapula eẽt mutat': vir dei vir egregi' sãctitate munit': patiẽtia tutus: tranquilitate consueta: persistebat imotus. Tunc a suscepto

ducdũ ministerio relaxatus: vbi nũc vocat eius oratoriũ: reliquum vite tempus peregit innoxiũ. Hactenus conuersio atq; cõuersatio eius: sed quamuis pulchriora fuerit illa carismata: que latuerint: q̃ dñs in bella constituit interna: ⁊ a paulo magistro gentiũ in fide ⁊ in veritate habemus instituta: quã ista que varijs virtutũ donis sũt in lucem prolata: ⁊ etiam ipsa pulchriora sint gesta: quã possint esse conscripta: tamẽ deinceps quibus idem signis effulserit gl'iosus: ac si ignobili ꝓsequamur stilo. Lectio. vj.

Accidit quadã die: vt palestrite regis eterni occurreret inuia hostis generis humani: talibusq; eũ verbis affatur. Si vis vt qd vterq; possit explamur viribꝰ: certamẽ aggrediamur. Nec dũ hec dicendo cõpleuerat: ⁊ euz visibili: corporaliq; ad certationẽ adierat diuq; pene nutãtẽ vexabat. At ille mox vt iesum precibus efflagitauit: trepidũ gressum opitulatione diuina ↄfirmauit: ⁊ illico refugũ desertoreq; spiritũ liquefactũ inuertit. Si cui hoc fortasse videt incredibile: inuisibilẽ nimirũ spiritũ eẽ attractabilẽ: saluo mystico intellectu apiat: quõ iacob diuine pugne narrant cũ angelo quãuis bonũ fuisse luctatũ. Ego tñ hoc dixeri minori audacia sathan tẽtasse seruum q̃z dñz: emilianũ q̃z xpm: hoiez q̃z deuz creaturã q̃z creatorẽ: ante annũ fere migrationis sue: centesimũ vero vite: cum ei reuelatũ eẽt humanos se finiturũ labores: ⁊ oipotẽtis percepturũ sacratissimas promissiones: ad vitã conuertitur districtiorẽ. Et qui iam ieiunijs vigilijsq; desiccauerat mẽbra denuo veteranus miles militiã aggreditur nouã. Ut finis eẽt ꝑstantior: q̃ apud xpz laudabilior semp habetur et melior. Dicente eo. Qui perseuerauerit vsq; in finem: is saluus erit. Eodẽ igit anno quadragesime diebus: reuelatur ei etiam excidium cantabrie. Unde nuncio misso: iubet ad diem festũ pasche: senatũ ei presto esse: ad prestitutũ ↄueniũt tẽpꝰ: narrat ille qđ viderat. Scelera eoꝝ: cedes: furta: incestus: violentias: ceteraq; vicia icrepat. Penitẽtiã vt agãt ꝑ his omnibꝰ ꝑdicat. Cũq; omnes reuerenter auditũ preberẽt: vnã erat omnibꝰ venerabilis q̃si vnus de dñi nr̃i iesu xp̃i discipulus: abũdãtius quidã nomine: pre senectute eum dixit desipe. At ille renũciat ei rem per semetipsũ experiri. Quod post probauit euentus: nam gladio vindice leuuigilij est interemptus. Ceteros quoq; cum non respicerent ab iniqs operibus: ira pẽdente diuinitus pari modo periurio doloq; aggrediẽs sanguine ipsorum est crassatus. Sane appropinquante mortis tempore accersiuit sanctissimum aselum presbyterum: cum quo habe-

bat collegiū. In cuius presentia felicissima illa anima corpe soluta celo est reddita. Tunc eius beatissimi studio corpus eiꝰ deportatū cū multo religiosoꝝ obsequio est: vbi ⁊ manet in suo oratorio.

In natale scti bricij episcopi. Le. i.



Situr post excessum beati martini turonice ciuitatis archiepiscopi: summi ⁊ incōparabilis viri: de cuius virtutibus magna apud nos volumina retinentur: scūs briciꝰ ad epīscopatū succedit. Hic vero hic bricius cum eēt primeue etatis iuuenis: sancto martino adhuc viuentī in corpe multas ferebat insidias: pro eo qḋ eodē tpe cor facile sequeretꝰ. Quadā itaqꝫ die dū quidam infirmus medicinā expeteret: briciū adhuc diaconū in platea conuenit. Cui simpliciter ait. Ecce ego prestolor beatū viruꝫ: ⁊ nescio vbi sit: vel quid operis agat. Lectio. ij.

Cui bricius sic iquit. Delirū illū queris? Prospice eminꝰ. Ecce celū solito more sicut amens respicit. Cūqꝫ paup ille occursu reddito qḋ petierat impetrasset: bricium diaconū vir beatus alloqtur. Num ego brici: delirus tibi videor? Cūqꝫ ille cōfusus hec audiens: dixisse se denegaret: nonne inqt aures mee ad ostiū erant: cum hec eminus loquebaris? Amē dico tibi: qꝛ obtinui apud dūm vt post me ad pōtificatus honorē accederes: sed noueris te in episcopatu multa aduersa passurū. Bricius vero hec audiēs: irridebat eum dicēs. Nōne verū dixi istū delira verba pferre. Sed ⁊ presbyterij honore preditus sepius beatuꝫ martinum conuicijs lacessiuit.

Deptus ergo cōsentientibus ciuibus pōtificatus offi Le. iij. cium: orationi vacabat. Quāqꝫ eēt supbus ⁊ vanus: castus tñ habebatꝰ in corpe. Tricesimo ordinationis sue anno: oritur cōtra eū lamentabile crimē. Nā mulier ad quā cubicularij eius vestimenta deferebāt ad abluēdū: que sub specie religionis erat: veste mutata concepit: ⁊ peperit. Qua de re surrexit omnis populus turonorū in iram: ⁊ totum crimen super episcopum referunt: volentes eū vnanimiter lapidare: aiebant enim. Diu pietas sancti martini: tuā celauit luxuriam. Nec nos diutius deus sinet manus tuas indignas osculādo: polluī. Ille quoqꝫ econtrario viriliter hec negante: afferte in quit infantem ad me. Cumqꝫ oblatus fuisset infans: triginta ab ortu habens dies: ait ad eum bricius. Adiuro te per iesum christum filium dei omnipotentis: vt si ego te generaui: coram cunctis hec di-

eas. At ille infans: dixit sancto bricio: non es tu pater meus. Tu autem domine. Lectio. iiij.

Populis autem rogantibus: vt quis esset pater eius a bricio infans interrogaretur: ait ad eos sanctus bricius. Nō est hoc meum. Quod ad me pertinuit sollicitus fui. Vobis si aliquid supperit: per vos requirite. Tunc illi magicis hoc artibus factū asseuerātes: insurgunt contra eum in vna cōspiratione. Trahentesqꝫ sanctū bricīū episcopum: dicebant. Non diutius nobis: falso pastoris nomine dominaberis. Sanctus tamē bricius episcopus ad satisfaciendum adhuc populo prunas ardentes in birro posuit. Et ad se stringens vsqꝫ ad sancti martini sepulchrum prunas ardentes detulit: vestimentum eiꝰ: inustum apparuit: populo quoqꝫ sic prosequente: sicut inquit istud vestimētū ab his ignibus videtis illesum: ita et corpus meum a tactu mulieris est impollutū. Lectio. v.

Illis vero non credētibus sꝫ cōtradicētibus scūs bricius trahitur: calūniaᷓ: eiscitur: vt sermo sancti martini adipleretur. Noueris te in episcopatu: multa aduersa passurum. Quo eiecto: iustinianum episcopum constituunt. Deniqꝫ bricꝰ rome vrbis papam expetit: flens ⁊ eiulans: atqꝫ dicens. Merito hec patior: quia peccaui in sanctum dei. Et eum delirum ⁊ amentem vocaui: cuius videns virtutes non credidi. Post cuius abscessum aiunt turonici sacerdoti suo. Vade post eum: ⁊ exerce negocium tuuꝫ. Quod si eum prosecutus non fueris a nostro omnium cetu humiliaberis. Iustinianꝰ vero egressus a turonis vercellis italie ciuitate aggressus: iudicio dei percussus: obijt peregrinus. Turonici eius obitum audientes: ⁊ in sua malicia perdurantes: armentium in loco eius constituūt. Tu autem domine. Lectio. vj.

At bricꝰ episcopꝰ romā veniēs: cuncta ꝗ pertulerat pape refert. Qui ad sedē apostolicā residēs plurimaqꝫ missarū solēnia celebrauit: ibi qcqd in sanctū dei deliquerat deluit flens. Septimo igitur egressus āno roma cū autoritate pape illiꝰ: turonis redire dispo suit. Veniens autē ad vicū sanctus bricius episcopus: cui nomē est laudiacꝰ sexto ab vrbe miliario mansionē accipit. Armentius vero febre corripitur: media autem nocte spiritū exalauit. Quod ꝓtinꝰ bricio episcopo per visum reuelatū est. Qui ait suis. Surgite velocius vt ad tumulandum fratrē nostrū turonicū pontificem occurramus. Cumqꝫ illi venientes: portam ciuitatis ingrederenᷓ: ecce istū per aliam portā mortuū efferebant. Quo sepulto sanctus bricꝰ epis

copus in cathedrã suam regressus est. Septē postea feliciter viuens annos. Quo quadragesimo septimo episcopat⁹ sui anno defuncto: sanctus eustachius successit vir magnifice sanctitatis. Prestante domino nostro iesu xp̄o: cui ē gloria ⁊ honor: laus ⁊ imperiū: vna cū eterno deo patre ⁊ spiritu sancto in secula seculoꝝ Amen.

In octauis sancti martini. Le. i.



Hesterna autem die: cum ad me pleriq; monachi venissent: ⁊ iter fabulas inges longū pertrāsissent sermonem: mentio incidit libelli mei: quē de vita beati martini edidi: studioseq; cū a multis libētissime audiebam. Interea idicitur mihi dixisse quedā spiritu suscitatū: cū martinus qui mortuos suscitasset ipse nuper adustus incendio: periculose fuisset obnoxius passioni. Ob istum quisq́s est miserū: ind eoꝝ in verbis ei⁹ pfidiā ⁊ ita dicaꝫ cognoscimus: qui in cruce positū dominū his verbis increpabant Alios saluos fecit se ipsum saluū facere non potest. Uere plane iste quicūq; est: si illis tēpib⁹ nat⁹ eēt: ⁊ in dn̄m hac voce dicere potuisset: qui simili deum blasfemat exemplo. Quid ergo: q̄squis es: martinus ideo nō potēs: ideo non sanctus: q: periclitatus est incendio: O beatū ⁊ p oīa similē apostolis: etiā in his cōuicijs virū. Le. ij.

Nempe hoc: ⁊ de paulo gētiles cū vipera eū momordisset: sensisse feruntur. Hic homo homicida ē: quē saluū factū de mari: fata viuere nō sinuerūt. At ille excussa vipera in ignē: nihil mali patiebatur. Illi autē subito casurū ⁊ repēte moriturū: eum putabant. Sꝫ cū viderēt nihil mali contingere ei: cōuertētes se: dicebant eū deum esse: alioqui vel horū exēplo omniū mortaliū infelicissime pfidiam tuā coarguere ipse debueras: vt si tibi scandalū mouerat: qḋ martinus flāma ignis videbat attactus: huic rursū attactū ad merita illius ⁊ virtutē referres: qḋ circumseptus ignib⁹ non perisset. Agnosce eni miser agnosce: nescis oēs fere insignes periculoꝝ suorum magnis fuisse virtutib⁹. Uideoq; idē petrū fide potentē: rerū obstāte natura: mare pedib⁹ supgressū: ⁊ molles aquas corporeo pressasq; vestigio: sꝫ non ideo minor mihi videtur gentiū predicator: quē fluctus absorbuit: ⁊ post triduū totidemq; noctes emergentem: e pfundo vnda restituit: atq; vix scio an plus fuerit vixisse in pfundo: an supra maris profunda transisse. Sed hec tu vt arbitror non legeras stulte: aut lecta non audieras. Tu autē. Lec. iij.

NEqꝫ enim absqꝫ diuino consilio istiusmodi exemplum beatus euãgelista sacris litteris protulisset: nisi vt ex his humana mẽs erudiretur naufragiorum perferre atqꝫ serpentium casus. Et sicut apostolꝰ refert qui nuditate: fame latronumqꝫ periculis gloriatur hec omnia sanctis hominibꝰ atqꝫ omnibus appetiendum quidez esse cõmunia : sꝫ his tollerandis atqꝫ vincendis precipuam semper iustorum fuisse virtutẽ: dũ per omnia tentamẽta patiẽtes semꝑ inuicti: tãto fortiꝰ vincerẽt: quãto grauiꝰ pertulissent. Unde hoc qđ ad martini infirmitatem vocat̃ plenũ est dei dignitatis et glorie: siquidem quod periculosissimos casus tẽtatus euicerit. Ceterum omissum a me et in libello quẽ de vita illius scripsimus nemo miret̃ cum ibidem sim professus: me non omnia illius facta complexuꝫ. Quia si prosequi vniuersa voluissem: immensum volumẽ legẽtibus edidissem. Neqꝫ sunt tã parua q̃ gessit: vt omnia potuerint comprehendi Sed tamen quod gestio de hoc latere nõ patiar: et rẽ omnem: vt gesta est referam: ne forte inconsulatum hoc qđ ad vituperationẽ beati viri poterat oppõi: pretermisisse videamur. Cuꝫ ad diocesim quãdam pro solenni consuetudine sicut episcopis visitare ecclesias suas moris est media fere martinꝰ hyeme venisset: mansionem eius in secretario ecclesie sibi parauerit. multoqꝫ igne scabro ⁊ ꝑtẽui pauimẽto subdiderũt: lectũqꝫ ei plimo stramie extruxerũt. Deide cũ se martinꝰ cubito collocasset; insuetã molliciẽ strati blãdiẽtis horrescit quippe qui nuda humo vno tantũ cilicio superiecto occubaret.

In natale sãctorũ acisci et victorie.



IN temporibus illis cum primũ descẽdisset R.s. in vrbem cordubensem dion preses iniquꝰ persecutor christianorũ: indicta est ab eo in eadem vrbe persecutio christianis: vt sacrificarẽt diis. Nã per vniuersum orbem tunc feruebat rabies paganoruꝫ: vt siquis contẽneret culturam simulacrorum: diuersa sustineret genera tormentorũ. Erant nãqꝫ tũc in predicta vrbe: timẽtes ⁊ colẽtes dominũ: acisclus et victoria qui a primeuo sue etatis tempore: in dei laudibꝰ permanebãt. Qui cum adducti fuissent ab vrbano officiali ad presidem: dixit eis. Uos estis qui contẽnitis sacra deoꝝ nostroꝝ: Beatꝰ acisclus. Nos inquit sumus seruientes domino nostro iesu christo: non demonibus et immundis lapidibus Cum vero nullo modo assentirent sacrificare diis: iratus preses: ius

sit eos in ima carceris recludi. Quo cum intrauissent meditabant eloquia dei: et ecce venerunt in conspectu eorum quatuor āgeli: portantes eis prandium salutis. Lectio .ij.

Illis vero gratias domino referentibus: de visitatione angelica iussit diō produci sanctos de custodia. Qui cū adducti fuissent et a cultura christi noluissent recedere: iussit preses sanctū aciscium fustibus cedi: beatam vero victoriam in plantis cedi. Quod cum fuisset impletū: illis gaudētibus: iterū iussit eos in carcere recludi. Alia vero die iussit ministris: vt caminum incenderent: et ibi sctōs dei precipitarent. Ubi cum ingressi fuissent: angeli astiterunt cū eis laudantes dominū: ita vt sonus eorum pene a cunctis audiref astātibus. Ut autē hoc auditū est a presule: iratus nimiū: iussit ministris suis: vt alligarent ad colla eorꝫ lapides grandes: et proijcerentur in flumen. Quod cum factum fuisset: suscepti ab angelis dei: erant ambulantes super aquas fluminis: laudantes et benedicētes dominū. Media autem nocte assistentibus eis super aquas: facta est vox de celo dicēs. Exaudiuit dominus orationem vestram. Statim autē venit nubes lucida super capita eorū: et vident christū dominum cum multitudine angeloꝝ hymnos personātiū. Sancti quippe hac visione leti effecti: oratione facta: reuersi sunt in carcerē. Audiēs hoc preses: iubet afferri rotas et eos alligari sup singulas rotas: et sub rotis accēdi ignem: et oleum subinde fundi: vt celerius sancti consumerent. Et cū hoc factum fuisset: voluebant rote: et cassabāt corpora sanctorū. Sancti vero martyres facientes orationem: vt extingueretur subter eos ignis: ne quando gratularef dion. subito prupit ignis: et interfecit ex idolorum cultoribus: numero mille quingentos quadraginta. Lec. iij.

Videns vero preses quod sancti nihil mali passi essent: iussit eos deponi de rotis: depositos vero ad se perduci. Adducti vero cum essent: constantiores et cū suis responsionibus prouocassent ad iram: iussit sancte victorie mamillas abscindi. Quod cum fieret: ait. Intuere et respice dion lapi dei cordis: quia in virtute christi pro sanguine lac ex māmillis meis egreditur. Et cū hec et alia dixisset: recludi eos fecit iterū in carcerem. Uenientes igit multe matrone ad eam: audientes sufferentiam eius admirabant ita vt crederēt in xpm numero septē. Mane autē facto: iubet impiꝰ dion eos adduci. Qui cū adducti fuissent: dixit sancte victorie. Tempus ecce tuū victoria. Cui victoria. Impie diō amodo non erit tibi requies: neqꝫ in hoc seculo: neqꝫ in futuro. Ad

hec dion nõ ferens iniuriam: iussit linguam eius abscindi. Beata vero victoria cũ orationem ad dominũ faceret: facta est vox de celo ad eos: dicẽs. Venite ad me sancti mei: habentes coronas eternas: et brauium vestre cõmemorationis. Quod cũ abscinderetur lingua eius: vt fuerat imperatũ: suscipiẽs precissuram lingue sue: proiecit in faciem dionis: et percutiens oculum eius: excecauit: et clamauit voce magna dicens. In tenebris constitute dion impudice desiderasti manducare organa corporis mei: et abscindere linguam meam: que benedixit deum: iuste lumen tuum perdidisti. Hanc iniuriã nõ ferens dion: iussit eam sagittari. Et duã misse fuissent due sagitte cõtra corpus eius: et alia in latus eius: ita in confessione domini emisit spiritum. Sanctum vero aciscl um: in amphiteatro decollari precepit. Qui cum decollatus fuisset: veniens quedam femina nomine emiciana: que ab initio deum dilexerat: cuã magno honore collegit corpora eorum: et sancto aciscl o fecit sepulturam in domo sua: sancte victorie iuxta portum fluminis. Ubi fiũt multa miracula ad laudem nominis christi: orationibus beatorum martyrum.

In natale sancti romani. Lec. j.



Antiochie natalis sancti romani monachi: qui itẽ porib⁹ diocleciani: cũ asclepiades prefectus ecclesiam irrumpere: eamq̃ funditus conaretur euertere ceteros christianos hortatus est: vt ei contradicerent. Unde eum protinus vinctum sibi exhiberi iussit: et christum constantissime confitentem: primũ eculeo suspendi: deinde plumbatis grauiter: et fustibus cedi: post hec autem etiã nouacula acutissima: maxillas eius radi fecit. Tũc ad petitionem eius: puerum paruulum adduci precepit. Quem romanus per nomen christi inuocans: vtrum vnum coli an plures deos melius esset interrogauit: vt ex eius cõfessione prefectus confunderetur. Cumq̃ puer vnum deum solũ credendum esse dixisset: indignatus asclepiades: cathomo eum suspendi: ac verberari: et postremo etiam decollari iussit. Erat autem nomen puero: baralas. Romanus vero rursus eculeo suspensus: vngulis exaratus: ad rogum ardentem in quem precipitaretur perductus est. Sed orante eo: venit repente hymber inundans: et extinguit ignem. Post hec iussit linguam ei abscindi. Quo facto cum christum voce clarissima collaudaret: reclusus in carcerẽ: et ad extremũ laqueo strãgulat⁹ ẽ. Z.ij.

Eodem die in eadem vrbe: natalis sancti eslchij. Qui sub prefato imperatore cum esset miles: et audisset preceptu3: vt quisq3 miles nisi sacrificaret idolis cingulu militie deponeret: repente cingulum soluit. Ob hanc causam imperator colobio indutu: primo eu in genecceu dedit. Deinde ligato i dextera ei⁹ saxo ingenti: in fluuiu pcipitari iussit. Rome via apia natalis sancti martyris maximini p sbyteri: q psecutione maximiani passus: posit⁹ e ad sanctu sixtu. Ite gelasij pape: q sedit in episcopatu annis quatuor. Hic reuocauit me senu episcopum: que felix antecessor ipsius damnauit: z comunioni ecclesieq3 sue restituit. Hic libros aduersu3 eutice et nestoriu coposuit. Apud viena: scto3 martyru seuerini: exupij z feliciani. Quo3 corpora post multa anoru curricula: ipsis reuelatib⁹ inuenta: et a pontifice vrbis cleroq3 ac populo honorifice sublata: et in basilica scti romani: q ia dicte ciuitatis pte orientali sita e: codigno honore codita (sunt. Lec. iij.

Eodem die: sancti fausti martyris: huic tan tum fiducie et magnanimitatis: per dei gratiam est datu3: vt cu ad eos qui in carcere tenebantur fratres: nemo prorsus humanitatis et ministerij causa permitteretur accedere: iste vna cum collega suo eusebio indesinenter reuiseret: et ministraret necessaria. Et cu3 per dies singulos presidis furor cresceret: alios iugulado: alios supplicijs z diuersis cruciatuum generibus affligendo squalore carceris et catenarum ponderibus enecando: et super omnia precipiendo: ne quis ad eos prorsus accederet: vt inedia quasi aliud tormeti genus adhiberetur: concessit tame deus huic diacono et college eius eusebio gratia: vt inuitis omnibus eis ad cofessores christi no negaretur ingressus. Gradeuus plenusq3 die3 confessor perdurans perfecto martyrio: beatus faust⁹ obtrucatione capitis cosumat⁹ e.

In festiuitate scte helisabeth. Lec. j.



Beata helisabeth filia regis vngaro3 in palatio z i purpura nobiliter educata: in via fide catholica: pmos in fantie flosculos argumeto bone idolis et flore mie decorabat: freque ter ea paupib⁹ ate ianua dom⁹ regis: alimonia quod charitatis eximiu prepende bat: quatin⁹ accipie tes ex dbito muneris obligaret: vt p se dnm suppliciter exorarét. Tade nobilis effecta sup regu scemata suam regale exaltas progenie: a parentib⁹ suis nupta vero viru habuit turingo3 duce que sicut sarra abraha dominu vocauit: viro deuota sicut decuit in omnib⁹ obediuit. T. is.

Ex tunc mie memor aplī⁹ ꝛ super afflictos gestans viscera pieta-
tis: tāq̃ mr̄ miseroꝝ sese varijs cōformabat miserijs pauperū
ꝛ afflictorū: fratrū minoꝝ mater erat spūalis: quos tāq̃ vere paupe
res totꝫ amplectebat̄ viscerib⁹ charitatis: ꝛ cū paupib⁹ cathecumi
nis: vt eis securius ꝛ libentius benefaceret: cōpaternitatē in baptis
mate multotiēs cōtrahebat. Corpi suo tātā ciboꝝ indixit penuriā:
q̄d cibos de mēsa dn̄i q̄ de questu officiatoꝝ ꝛ rapina cōscientia teste
ꝓuenerāt: tāq̃ idolatita execrās: ꝛ illicitū ac immūdū iudicās ꝛ com
mune: ꝓpter nullā necessitatē tāgere voluerit aut gustare. Le. iij
Videres eā tāq̃ alterā magdalenā humilitate turritā: semꝑ in
cena dn̄i lotioni pauperū insistētē: ꝛ pedes eoꝝ istar pedes dn̄i
recūbētis lachrymis suis lauātē: ꝛ velo sui capitis humiliť extergē
tē. Osculabat̄ leprosorū pedes ꝛ vlcera: nec delicatas nares fetori
manis a pietat⁹ officio amouebat: sꝫ eoꝝ calamitati cōpatiēs: i ocul̄
lachrymas offūdebat. O vere felicē ꝛ ancillā humilē cui in mūdo
nihil preter peccatū fetebat: quā licet per aspa: per deuia: per loca
lutosa currentem: in odorem talium vnguentoꝝ charitas attrahe
bat. O virtus in magna sunamite magne fidei: q̄ operata est vt anu
li ꝛ olicule quas ad solaciū infantiū infirmoꝝ: velut eoꝝ mr̄ in pāno
suo detulerat sup saxū durissimū ab alto cadēs illese manerēt: ꝛ reli
quie potus eius multis ꝓpinate sitientibus in vase nō decrescerēt:
In camino paupꝑtatꝫ facta (nec lechito oleū defuerit. Le. iiij
sci spūs holocaustū: oēs pro q̄bus orabat orationū suaꝝ carbo-
nibus incēdebat. Vn̄ quadā die: dū matrona quedā nobilis: ipsam
visitaret: iuuenē quēdā aspectu decorū: nimisq̃ seculariť idutū cū
ea contingit aduenisse. Quē beata helisabet de fastu scli̅ monuit cō
tēnēdo. Cui iuuenis sic respōdit. Obsecro dn̄a ora ꝓ me. At illa. Si
vis q̄d ꝓ te dn̄z deprecer. Uade ꝛ fac similiter: ꝛ dū alternati diuisi:
pariter in templo dn̄z exorarēt: iuuenis tāte v̄tutis nō ferēs incendi
um: nec tante deuotionis feruorē: clamoribus magnis exorare cepit
vt illa ab orationibus penitus cessaret. Alioqui huius oronis igne
deuastatus: quātoti⁹ exalaret spiritū: accurētes antē ancille beate
helisabeth inuenerūt iuuenē totaliter sic incēsū: q̄d sup pānos illi⁹
manus suas tenere nō poterāt: sꝫ stati pre ninio ardore quo iuuenis
totus ardebat: manus suas quas sup eū posuerāt ad se retrahebāt
Cessāte āt beata helisabet ab oratione: iuuenis nō patiens in se tā-
tū feruorē refrigescere. Ad ordinem fratrꝫ minorum se transtulit:
vt cum pauperibus qui iuxta verbum sapientis nudi currūt ad glo

riam currēs et ipse coronam a domino perciperet incorruptibilem. O vere fidei potētia: o virtus orationis: o incēdiū charitatis: ignis in syon ipsam iā et camin⁹ in hierusalē eam quasi attingere videbatur. O si videres eā in croceis nutritam teterrime cū vlcerosis pauperibus versari in sterquilinio paupertatis: et stulta mundi eligere vt sapientia confunderet inflantem: et sapientem eius stulticiam amplectens: super salomonis sapientiā mirareris. Uere hec est mutatio dextere excelsi. Pro palatio sterquilinium: pro crispanti crine caluicium: pro pectorali fascia ciliciū: pro corona glorie cinerē commutare. Se laborem in precepto domin⁹ fingit: qui laborem et dolorem considerat afflictorū: reddens eis immarcessibilē coronā glorie pro momētanea passione. Sic in ipsa gemin⁹ amor contingit: sic ad ascellas os turturis: sic bissus castitatis et innocentie retorquetur: dum scilicet ab alto glorie in abissum miserie deuoluta: populū suū et domum patris sui filia regis obliuiscēs: de cognatione sua et de terra pauper egreditur: vt ad promissionem terre vite duce iesu misericorditer producatur. Lec. v.

CUm iam dominus meritorum eius prerogatiuā exaltare miraculorū prodigijs decreuisset: accidit vt quidam puer paruulus ita cecus a natiuitate: quod ei nec oculorum sedes inerant: sed solā in cunctis sedibus oculorum sicut in ceteris mēbris apparebat: beate helisabeth offeretur: victa precibus assistentium super faciem manus imponens: genibus flexis: et oratione fusa cū lachrymis: signū crucis impressit: moxq3 facies pueri facta est sicut facies hominis clare videntis duorum oculorum luminibus: adornata. Que intuentes astantes: in excelsis dei magnalia collaudarunt: qui per beatam helisabeth dignatus est coram eis miraculū operari. Lec. vi.

ACcidit vt quadam die preceptor suus cōradus nomine: cui iam dudum fecerat obediētiam et si marito suo superuiueret: et castimoniam voueret: et vidua permaneret: quendam fratrem suum in capite letaliter vulneratum: ad beatam helisabeth causa recuperande salutis exanimem humiliter adduxisset: cui per sancte virtutem obedientie: quam in manu sua domino promiserat: imperauit: vt vulnerato suū op⁹ ipenderet pietatis: et eidē sanitatis gratiā impetraret. Btā do helisabet obediēs humiliter iperanti: sup vulnus letale man⁹ imposuit: et obortis lachrymis in oratione flēs largiter signum viuifice crucis ipressit: et sic vtute solius orationis alligauit vulnera vulnerati: ita qd de toto vulnere nihil āpli⁹ appareret: nisi

partia cicatrix: que miraculi fidē astrueret: et veritati fidel e testimo nium phiberet. Quo cernēs ille admiratiōe nō modica pmot⁹: a filia sua let⁹ discessit: ac dominum in operibus suis mirabilē benedixit.

In illo tempore: rogabat dominum iesum Secundum lucā. quidam phariseus vt māducaret cum illo: et ingressus domum pharisei: discubuit. Et reliqua. Ex legenda eiusdem. L. vij.

Cum vero bonitatis eius odor vndiqꝫ spargeretur: desideraret qꝫ vultum eius aspicere: quibus iuxta apostolum: facta fuerat odor vite: contigit vt ad castrū vbi cum suo marito erat tunc tēporis vir nobilis: albinis partibus adueniret. Cuius transitum dux pernoscens: obuiam illi honorifice processit: et vt ad domum suam diuerteret liberaliter inuitauit. Rēuit ille ducis palatiū introire: nisi venerabilis helisabeth vxoris eius: de qua tot audierat meritoꝝ insignia: mereretur aspectu pfrui: et eius mellifluis alloquijs consolari. Dux aūt illius animi pijs votis: et honestum eius desideriū ꝫ si secum veniat se pollicet̄ impleturū. Sicqꝫ castrum simul ascenderunt: ⁊ ducis palatiū hilariter intrauerūt: fit in aula ducis ingēs leticia militūqꝫ vtroꝵqꝫ: duce pro suscepti familiari presentia non modicum letāte: suscepto vero pro suscipientis tam hilari gratia exultante. Dextrantur dextrarij: iubetqꝫ dux quātotius magnifi cuꝫ cōuiuiū īstaurari. Deinde venit̄ ad locū cōuiuij: gaudētesqꝫ incipiunt epulari: cū miles non immemor sui pacti: beatam helisabeth efflagitat aduocari. Erat tunc temporis ducissa venerabilis ītra cubiculum in abscōsō: ⁊ pcepto dominico orās patrē suū. Lec. viij.

Misit itaqꝫ dux clanculo ad ducissam nuncium: rogās vt sibi locutura ad locū conuiuij veniret: et sua grata presentia suum pmissum: suiqꝫ desideriū hospitis adimpleret: illa vero pꝑter vilitatem sui habitus nō audēs in tanta multitudine militū cōparere: secepit vt poterat humilius excusare. Porro nobilis ille nō sustinēs furorem sui desiderij: ducem sollicitat precibus importunis: ita qꝫ dux secreta cubiculi: et ad beatā helisabeth ingreditur. Quam et leniter increpat: eo quod non impleuerit mandatum sibi per nunciū destinatū. Sed illa cui cito satisfecit: et causam propter quam vocata non venerat replicauit. Insuper quo vellet venire spopōdit: sicqꝫ dux ad suos hospites hilarit̄ remeauit. Egresso itaqꝫ duce cubiculum: beata helisabeth ad dominum conuertitur: postulans vt suam nuditatem dominus tegere dignaretur. O inquit iesu dulcissime: spes et refugium miseroꝵ: solacium afflictoꝵ: pro cuius

amore cõtempsi terreni imperij principatum: adesto mihi in te confi dentí: et ad tegendum nuditatẽ meam mihi digneris transmittere vestimẽtum: nec nuditas quam pro honore tuo sustineo: marito meo hodie in opprobriũ proueniat: et contemptum. Uix illa orationem compleuerat: et ecce ãgelus domini astitit vestemq3 mirifici operis apportauit. Insuper et coronam auream gemmis p̃ciosissimis adornatam. Eamq3 vultu iocundissimo salutãs. O inquit sponsa regis celestis: iesus dei filius quem toto corde diligis: amicabiliter te salutans: hoc vestimentum et coronam hanc auream tibi mittit. Induere ergo hoc vestimento leticie: et hac corona glorie: vt sicut decet regis filiã: sic sint tibi in honorẽ et gl'iã sempiternã. Lec. ix.

His dictis: angelus ad celũ reuertitur. Beata vo helisabeth cũ cordis leticia et gratiarum actione veste sibi transmissa induit et corona aurea coronatur. Sicq3 pergit ad locum: vbi aduentus ipsius cum summo desiderio militum frequentia prestolatur. Ueniẽs ergo ad locum conuiuij: pertulit vniuersos stupore mirabili: qui admirantes intuebãtur vultum eius tanquam vultu3 angeli: vtpote quam dominus perfuderat gratia spiritali. Tu.

In nl'e sancte cecilie virginis. Lec. j



Umanas laudes et mortaliũ tfulas videm⁹: aut auro radiãtib⁹ litteris ad posteritatis memoriã cõmẽdatas. Et ista attẽdẽtes miror q̃re nõ erubescim⁹ milituũ xp̃i victorias silẽtio detegere: ad laudẽq3 imperatoris eoꝝ q̃liter pugnauerũt cõtra hostes: vt videtur ad incitandos animos bellatoꝝ diligentius explicare. De quorum numero congrue beata cecilia censetur. Cuius hodie festa celebramus: que audiens vocem inuitantis dñi nr̃i ihũ xp̃i: qua dicit venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego vos requiescere faciam: ac si sibi singulariter sermo dirigeret: confestim secuta est: et euangelium christi semper absconditum in pectore suo gerebat: et nõ diebus non noctib⁹ a colloquijs diuinis et oratione cessabat: dominum fletibus exorans: vt virginitas ei⁹: ipso cõseruante inuiolata permaneret. Lec. ij.

Hec valerianum iuuenem quendam habebat sponsum. Qui iuuenis: in amore virginis perurgens animum: diem constituit nuptiaꝝ. Cecilia vo ṽgo subt⁹ ad carnẽ cilicio induta: desup auratis vestib⁹ tegebat. Parentum enim tanta vis: et sponsi amor tantus

circa illã erat: vt estuãs ei⁹ anim⁹: non posset amorẽ sui cordis ostẽ
dere: ꝛ ꝙ solũ christũ diligeret: indicijs euidẽtib⁹ aperire nolebat.
Quid multa? Uenit dies: in quo thalam⁹ collocat⁹ est. Et cãtanti-
bus organis: illa in corde suo soli domino decantabat: dicẽs. Fiat
domine cor meũ immaculatũ: vt non cõfundar. Et biduanis: ac tri
duãis ieiunijs orãs: cõmẽdabat domino qđ timebat. Inuitabat an-
gelos precib⁹: et lachrymis interpellabat apostolos. Sanctaqꝫ om-
nia christo famulantia exorabat: vt suis eam precibus adiuuarent:
suamqꝫ domino pudiciciã commendarẽt. Lectio. iij.

Sed dũ hec agerẽtur: venit nox ĩ qua suscepit vna cũ spõso suo
cubiculi secreta: ꝛ ita eũ alloquit̃: dicẽs. O dulcissime atqꝫ amã
tissime iuuenis: est mihi mysteriũ: qđ tibi cõfitear: si modo adiuratus
asseras: tota te illud obseruantia custodire. Iurat valerian⁹ spõsus
se illud nulla prodere ratione. Tunc illa ait. Angelũ dei habeo ama
torẽ: qui nimio zelo custodit corpus meũ. Hic si vel leuiter senserit
quod tu polluto me amore contigas: statim circa te furorem suũ exa
gitabit. Et amittes florem tue gratissime iuuentutis. Si aũt cogno-
uerit qđ tu me sincero: et immaculato amore diligas: et virginitatẽ
meã integrã illibatamqꝫ custodias: ita te quoqꝫ diliget sicut me: et
ostendet tibi gratiã suã. Tunc valerian⁹ nutu dei timore correptus
dixit. Si vis vt credam sermonib⁹ tuis: ostẽde mihi ipsum angelum.
Et si probauero qđ vere angel⁹ sit: faciã qđ hortaris. Si aũt virũ
alterũ diligis: et te et ipsum gladio feriã. Tunc beata cecilia dixit ei
Si cõsilijs meis promittas te acquiescere ꝛ permittas te purificari fõ
te perenni: et credas vnũ deum esse in celis viuũ et verũ: poteris
eum videre. Tunc dicit ei valerianus. Et quis est qui me purificet:
vt ego angelũ dei videam? Respondit ei cecilia. Est senior qui nouit
purificare homines vt mereantur videre angelũ dei. Dicit ei vale-
rian⁹. Et vbi ego hunc senẽ requirã? Respondit ei cecilia. Uade in
tertiũ miliariũ ab vrbe in via que apia nũcupat̃. Illic inuenies pau
peres a transeũtib⁹ petentes auxiliũ. De eis enim mihi fuit semp
cura: et optime hui⁹ mei secreti sunt conscij. Hos dũ tu videris da
bis eis benedictionẽ meã: dicẽs. Cecilia me misit ad vos: vt ostẽda-
tis mihi sanctũ senẽ vrbanum: quoniã ad ipsum habeo eius secre-
ta q̃ perferã. Hũc dum videris indica ei omnia v̈ba mea. Lec. iiij.

Et dum te purificauerit induet te vestimẽtis nouis ꝛ cãdidis cũ
quibus mox vt ingressus fueris hoc cubiculum: stati videbis
angelum sanctum etiam in tuo amore perfectũ: et omnia que ab eo

popósceris ípetrabis. Tunc valerianus perexit: et secundum signa que acceperat inuenit sanctum vrbanum episcopum: qui iam bis confessor factus intra sepulchra martyrum latitabat. Cui cum dixisset omnia verba cecilie: gauisus est gaudio magno: et ponens genua sua in terra expandens manus suas cum lachrymis dixit. Domine iesu christe pastor bone cecilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deseruit. Nam sponsum quem quasi leonem ferocem accepit: ad te velut agnum mansuetissimum destinauit. Iste nisi crederet huc non veniret. Aperi ergo domine cordis eius ianuas sermonibus tuis: vt te creatorem suum esse cognoscens: renunciet diabolo et pompis eius: et idolis eius. Hec et his similia orante sancto vrbano episcopo subito ante facies ipsorum apparuit senior indutus niueis vestibus: tenens titulum in manibus aureis litteris scriptum. Quem videns valerianus nimio terrore correptus: et cadens in terram: factus est quasi mortuus. Tunc senior: qui apparuerat ei: eleuauit eum dicens. Lege huius tituli textum: et crede vt purificari merearis: et videre angelum dei cuius tibi aspectum cecilia virgo deuotissima repromisit. Lectio. v.

Tunc respiciens valerianus: cepit intra se legere. Scriptura autem tituli: hec erat. Unus deus: et pater omnium: qui super omnia et in omnibus. Cumque hec intra se legeret: dicit ei senior. Credis ita esse: an adhuc dubitas? Tunc valerianus voce magna clamauit dicens. Non est aliud quod verius possit credi sub celo. Cumque hec dixisset valerianus: ille senior ab oculis eorum eleuatus est in celum. Tunc sanctus vrbanus episcopus eum baptizauit: et docens eum omnem fidei regulam: remisit eum ad ceciliam: diligenter instructum. Ueniens igitur valerianus indutus candidis vestimentis: ceciliam intra cubiculum inuenit orantem: et stantem iuxta eam angelum domini: pennis fulgentibus alas habentem: et flammeo aspectu radiantem. Duas coronas in manibus ferentem: coruscantibus rosis: et lilijs albescentibus. Quarum vnam dedit cecilie alteram valeriano dicens. Istas coronas immaculato corde: et mundo corpore custodite: quia de paradyso dei eas ad vos attuli. Et hoc vobis signum erit. Nunquam marcidum aspectus sui habebunt florem: nunquam sui minuent suauitatem odoris: nec ab alio videri poterunt: nisi ab eis quibus ista castitas placuerit: sicut et vobis est probata placuisse. Lectio. vi.

Et quia tu valeriane consensisti consilio castitatis: misit christus filius dei ad te vt quam volueris petitionem insinues: at ille audiens adorauit: et dixit. Nihil mihi in ista vita dulcius extitit: quam vnius mei fratris affectus: et impium mihi est vt me liberato: germanum meum in periculo perditionis aspiciam: hoc solum omnibus petitionibus meis antepono: et de

precor vt fr̄e meū tiburtiū sicut me liberare digneť: ⁊ faciat nos ābos in sui cōfessione nois pfectos. Audiēs h angel⁹ letissimo vultu dixit: qm̄ hoc petisti: melius quā te xp̄s ipl ere delectat: sic te p famulā suā cecilia lucratus ē xp̄s: ita p te quoq; tuū lucraŕ fr̄em: ⁊ cū eo ad martyrij palmā attinges. His itaq; finitis sermonibus: aspect⁹ angelici nois migrauit ad celos. Et illis epulātib⁹ i xp̄o atq; de edificatione scā sermocinantibus: tiburtius valeriani fr̄ aduenit. Et ingressus q̄si ad cognatā suā: osculat⁹ ē caput scē cecilie: ⁊ ait. Miror h tpe rosei hic odores ⁊ liliorū vnde respiret. Nā si tenerē ipsas rosas: aut ipsa lilia in manib⁹ meis: nec sic poterāt odoramenta tante suauitatis mihi in fundere. Cōfiteor vobis ita sū refect⁹: vt putē me totū subito renouatū. Dicit ei valerian⁹. Ego dote iā meruisti me interpellāte suscipe modo ⁊ credēs pmereberis etiam ipso roseo aspectu gaudere ⁊ intelligere: cui⁹ in rosis ipsis sanguis floruit: ⁊ in lilijs cui⁹ corp⁹ albescit. Coronas habem⁹ q̄s tui oculi videre non preualent: flores rubeo ⁊ niueo candore vernātes. Dicit ei tiburti⁹ In somnijs hoc audio an veritate q̄ tu loq̄ris valeriane? Respōdit valerianus. In somnijs nunc vsq; vixim⁹: nā modo in veritate sumus: ⁊ fallacia in nobis nulla est.

In n̄l'e scti clemētis pape. Lec. i.



Clercius romane eccl'ie fuit episcopus clemēs: q discipliną apl'i petri secut⁹ ita morū ornamentis pollebat: vt iudeis ⁊ gētilibus: ⁊ oib⁹ xp̄ianis pplis cōplaceret. Diligebāt eū gētiles: qm̄ nō execrādo: s; rōnē reddēdo ex eoꝝ libris ⁊ cerimōijs ośdebat vbi ⁊ vñ nata essēt: vt q̄lia fecissent euidētissimis documētis astruebat. Ipsosq; gētiles posse idulgētiā a dño cōseq: si a deorū cultura recederēt: ⁊ docebat vnū deū eē viuū: ⁊ verū. Iudeorū vero h ordine gr̄a vtebať: qd p̄res eoꝝ amicos dei assereret: ⁊ legeꝫ Primū gdē locū (eoꝝ scāꝫ ⁊ sacratissimā memoraret. Le. ij. istos habituros astrueret: si legis sue sacramēta fuarēt: ieo qd pmissū abrahe non negarēt in xp̄o fuisse completū: idest qd in semine abrahe deus hereditandas pmiserit oēs gentes: ⁊ quod per dauid dixerit: de fructu ventris tui ponā sup sedē tuā. Et qd p isaiaꝫ cōfirmauit dicēs: qd virgo in vtero conciperet: ⁊ pareret filiū: cui⁹ nomē vocareť hemanuel. A xp̄ianis vero ideo maxime diligebať: q; singularū regionū inopes noiati habebat scriptos: ⁊ hos quos

baptismatis scificatiõe illumiauerat: nõ sinebat publice fieri mẽdi
citate deiectos. Quotidiana nãqꝫ pᵭdicatione mediocres ac diuites
ammonebat: ne paterẽtur baptizatos paupes: a iudeis vel gentibꝰ
stipẽdia bolicã accipe: ⁊ vitã baptismatis scificationẽ mũdã: donis
gẽtiliũ ingnare: his ⁊ huiusmodi predicationibꝰ plurimũ: tam deo
quã oibus hominibus rationabilibꝰ cõplacebat. Lectio. iij.

IRrationabilibus vero nemo placere ꝓbatur. Et ideo nõ timue
rũt iniurias hoiꝫ irratiõabiliũ: hi quoꝝ ratio ħ erat: vt displice
rent infidelibꝰ: ⁊ eos nõ timerẽt. Sic factũ est vt nec aurelianũ: nec
sisiniũ amicos nerue impatoris expauesceret clemẽs episcopꝰ: cum
domicillã ṽginẽ neptẽ domiciani principis spõsã aureliani: credẽtẽ
xp̃o sacro velamine ad integritatis pseuerãtiã cõsecraret: ⁊ theodo
rã sisinij cõiugẽ cõuersã a simulacris: deo castitatis ꝓpositũ ꝯfiteri
minime ꝓhiberet. Cui vir eiꝰ zelo ductꝰ: insidias tetẽdit ad eccl'iaꝫ
ꝓperãti. Que cum fuisset ingressa: ipe ꝑ aliũ secutꝰ itroitũ: curiose
agere cepit: auscultans ⁊ intuens intẽte: q̃ illic agerent. At vbi ꝯple
ta oꝛone a beato clemẽte: a populo amẽ respõsũ est: sisiniꝰ stati cecꝰ
⁊ surdꝰ effectus ẽ: ita vt nec audire posset: nec videre. Tũc dixit ser
uis suis: tollite me int manꝰ cito: ⁊ eijcite foras: qm̃ ocl'i mei ceci fa
cti sunt: ⁊ aures surde: ita vt penitꝰ nihil audire nec videre ꝟualeaꝫ.
Pueri aũt eiꝰ girabãt cũ eo totã eccl'iaꝫ: ⁊ iter multitudines viroꝝ
mulierũqꝫ orãtiũ: ad itroitũ quo igressi fuerãt ꝑuenire nõ poterant.
Sic factũ ẽ: vt diũ girãdo in errorem cõuerterẽtur: ⁊ iteꝝ atqꝫ iterũ
girarẽt: ad suã dominã theodorã: vbi dñm exorabat: cũ suo dño per

QUe cũ videret seruos suos cũ suo dño: ita (uenirẽt. Lec. iiij
circuire eccl'iã: misso puero igrere cepit: qd illõ eẽt qð ita hui cũ
suo dño circuirent. Respõderũt ei serui. Dñs nr̃ cũ solerẽ voluit vi
dere qð ei videre non licuit: ⁊ secretũ cupit audire aliẽnũ: nõ solũ ce
cus: sꝫ ⁊ surdꝰ effectus est. Quo facto nob̃ impauit: vt eũ cito foras
si possemꝰ educeremꝰ. Sꝫ nobis vt re ipsa cognoscit: de eccl'ia hac
exire nõ cõcedit. Qð cũ theodora cognouisset a seruulis: ꝓstrauit
se in oꝛonẽ: ⁊ cũ lachrymis a deo petijt: vt exinde vir suꝰ exire ꝑmit
teret. Et cõuersa ad pueros: q cũ ea erãt: dixit eis. Ite date manum
dño vr̃o: ⁊ domũ illũ reducite. Administrãte aũt mamertino ꝑfectu
rã sedis vrbani: facta ẽ sedicio populi romani de noĩe clemẽtis: ⁊ in
ter se inuicẽ cofũdebãtur dicentes. Quid mali fecit: aut qd nõ bo
ni exercuit? Quiqꝫ ab eo visitatus est eger: saluatꝰ est. Quiqꝫ ad eũ
tristis aduenit: gaudens affectus redijt. Lectio. v.

NUlli vnq̄ꝫ nocuit:oībus ꝓfuit. Alij spū diaboli inflati dicebāt
magicis artib⁹ ista faciēs:deoꝝ nr̄oꝝ culturā euacuat. Dicit iouē
deū nō esse. Herculē cōseruatorē nr̄m:dicit eē imūdū spiritū. Vene
rē deā scāꝫ meretricē esse cōmemorat. Vestā quoqꝫ deā magnā igni
bus crematā fuisse blasfemat. Mercuriū ꝛ saturnū ꝛ martē accusat
Aut sacrificet dijs nr̄is:aut ip̄e intereat. Tūc publi⁹ torquat⁹ vrbis
p̄fectus populi seditionē nō ferēs iussit ad se adduci clemētē. Quē
cū secrete videret:cepit dicere. Nobilē te ꝓgenitū:oīs romana m̄l
titudo testat̄:sꝫ errorē te passū in eo nō fert quoniā nescio quē xp̄m
colis. Vn̄ deponēda ē talis supstitio supflua:ꝛ dij a te sūt colēdi exi
mij. Clemēs dixit. Optarē clemētiā noīs tui:ad rationē accedere:ec
ce mihi nō tumultū ipsoꝝ:sꝫ ꝯ ratiōe pscribere. Nā si canes m̄lti la
trauerīt ꝛ sciderīt nos nūq̄ꝫ nobis hec possūt auferre:qꝺ hoīes nō
sim⁹ rōnabiles:ꝛ illi sūt canes irrationabilit̄ oblatrātes. Seditio sē
per ab iperitis exorta ē:nihil certū habēs nec veꝝ:vn̄ silētio ē flagi
tāda occasio:qua ꝓ salute sua hō rationabil̄ disputare secū debeat
ac tractare icipiat:vtrū iueniat cui suā fidē vera rōne ꝯmittat. T. vi
TUnc publi⁹ torq̄t⁹:missa relatiōe ad traiauū:dixit clemētē hūc
ppl'ꝫ seditiosa vociseratiōe ipeti cū nulla possit ꝓbatio eū inue
nire reū. Tūc ipator traian⁹ rescripsit:debere eū aut sacrificijs ꝯsi
stere:aut trāsportū i heremū:q adiacet ciuitati cerrōe. subire exiliū.
Qꝺ cū fuisset iussu traiani firmatū:cepit cū eo agere:vt nō clemen
tis spōtaneū exiliū pateret:sꝫ magis dijs libāina exhiberet. Sꝫ bea
tus clemēs conabat̄ etiā ipsius iudicis animā ad fidem christianā
adducere:ꝛ se spōte pferre potius exiliū quā timere:tātā deniqꝫ do
minus gratiā clemēti attribuit:vt fleret publi⁹ p̄fectus:ac diceret.
De⁹ tu⁹ quē pure colis:ip̄e te adiuuet i hāc relegationē exilij. Et dele
gauit ei nauē:ꝛ omnib⁹ necessarijs ipositis:dimisit eū. Et repleta ē
nauis:qꝛ de ppl'o religiosi viri m̄lti secuti sūt eū. Cū aūt pueniret in
locū exilij:illic erāt i ergastulis ad secāda marmora:ap̄li⁹ q̄ꝫ duo mi
lia xp̄iani:diuturna delegatioue dānati. Qui vidētes sanctuꝫ ac no
minatuꝫ clemētē episcopū:omnes vna voce iu fletu ac gemitu prerū
perūt. Quos cū cognouisset sanct⁹ clemēs ꝓ dei noīe relegatos:di
xit. Nō imerito me de⁹ huc pduxit:vt pticeps passionis vr̄e etiā et
cōsolatiōis efficiar. Et cū m̄ltaꝫ eis cōsolatiōis doctrinā:ꝛ patiētiā
intimasset:didicit ab eis ꝯ sexto miliario aquā sibi suis humeris ap
portari. Tūc sctūs clemēs dixit. Orem⁹ dominum iesum christum:
vt cōfessorib⁹ suis fōtis venam aperire dignetur.

Eodē die nr̄e sc̄e felicitatis.



Eodem die nr̄is sc̄e felicitatis matris septē filiorū; martyr ū: que iubente āntonino decollata est .p xp̄o Jdē enī impator iniūxerat p̄fecto vrbis publio: vt eā cōpelleret cū filijs suis deoꝝ sacrificijs iclinare Qui blādo alloq̄o ad sacrificiū eā .puocās: minat̄ penaꝫ iteritū. Cui beata felicitas. Nec blandimētis tuis frangi potero: nec terroribus tuis resolui. Habeo enī; spm̄ scm̄: q me non p̄mittet vici a diabolo: 7 ideo secura sū q2 viua te su perabo: 7 si interfecta fuero: meli9 te vicā occisa. Deinde alia die se dit prefectus in foro martis: 7 iussit eā adduci cū filijs. Cui 7 dixit. Miserere filijs tuis iuuenib9 bonis: 7 flore p̄me iuuētutis florenti bus. R̄ndit beata felicitas. Mia tua impietas ē: 7 exhortatio tua crudelitas ē. Et cōuersa ad filios suos dixit. Uidete filij celū: 7 aspi cite: vbi vos xp̄s expectat cū suis scis. Pugnate .p aiabus vr̄is: 7 fideles vos in amore xp̄i exhibete. Audiēs hec publi9: iussit eā ala pis cedi. Tūc cōuocās filios suos: cū eis agere cepit: vt sacrificarēt Januari9 vero respōdit. Stulta suades. Nā sapiētia dn̄i me cōseruat: 7 faciet me oīa tormēta supare. Statī iudex iussit eū vgis cedi: 7 in carcerē recipi. Felix dixit. Un9 ē de9: quē colim9: cui sacrificiū pie deuotionis offerim9. Nō ne credas aut me aut aliquē frēz meoꝝ: a dn̄i ihu xp̄i amore recedere. Et si imineant verbera: fides nr̄a nec vinci potest: nec mutari. Philipp9 dixit. Jsti de qbus dicis: nec dij sūt nec oīpotētes: s3 sūt simulacra vana 7 misera 7 insēsibilia: 7 q eis sacrificare voluerit: in eternū pibit. Siluanus dixit. Nos si trāsitoriū timuerim9 interitū: eternū incurrem9 suppliciū. Et qm̄ vere nouim9 q̄ p̄mia sūt pata iustis: 7 q̄ sit pena cōstituta peccatorib9: idcirco ro manas leges contēnim9: vt iussa diuina seruemus. Alexāder dixit. Ego seruus xp̄i sū: ore cōfiteor illū: corde teneo: incessanter adoro. Jnfirma etas quā vides: canā habet prudētiā. Uitalis dixit. Me li9 viuit: q verū deū colit: q̄ q demonia habere optat. Marcialis dixit. Oēs q nō cōfitet̄ verū deū esse: i eternū icēdiū reclusi erūt. Judex gesta oīa scripsit: 7 āntonino docuit: q̄s ille iussit



diuersis supplicijs interire: m̄re nouissime osumata

Jn nr̄e sc̄i grisogoni mr̄is.

Omē nr̄is sci grisogoni mr̄is: q p bienniū (Le.i. iussu dioclecīani coniect9 ē in vīculis: vbi multa p

pessus: sancte anastasie alimonijs fouebat᷑. Cū igitur beatā anasta
siā zelās vir eiꝰ publiꝰ: custodibꝰ adhibitis ita clausisset: vt nec eū
vtcūqꝫ fenestrali aditu expectaret. Adhuc cōfessorē xp̄i grisogonū
q eā in xp̄o erudierat: talia scripta de custodia dirigit. Scō cōfessori
xp̄i grisogono: anastasia. Lꝫ pr̄ mihi cultor fuerit idoloꝝ: mr̄ tn̄ fau
sta: xp̄ianissima semꝑ vixisse ꝓbat᷑: ꝛ casta. Hec me īter ipsa cunabu
la: fecit fieri xp̄ianā. Post cuiꝰ excessū: sacrilegi iugū mariti susce-
Uius deo miserāte toꝝ mentita infirmitate decli (pi. Lc. ij.
nās: die noctuqꝫ dn̄i nr̄i iesu xp̄i āplector vestigia: cū iste primo
niū meū: ex quo illustrat᷑ cū indignis ac turpibꝰ idolatris exhaurit:
me quoqꝫ veluti magā atqꝫ sacrilegā: custodia tā grauissima manci
pauit: vt vitā me corporalē amittere suspicer. Nihil enī supest: nisi
vt amisso spū morti succūbā: in q̄ morte licet glier de cōfessione dn̄i
nr̄i iesu xp̄i: tn̄ in eo mea mēs valde cōterit᷑: q2 opes mee: q̄s ego exa
gerasse deo vouerā: alienis a deo ꝛ lucris turpibꝰ inseruiūt. Et idcir
co deprecor te hō dei: vt in ista dn̄z depreceris: vt aut in fidē suā vē
turū si ꝓuidet publiū sinat venire: aut si ꝓuider eū in hac increduli-
tatis ꝑuersitate mā surū iubeat eū: locū dare suis cultoribꝰ. Meli
us est enī exalare spiritū: quā dei filiū denegare: ꝛ eū cōfitētes impe
dire. Et enī oīpotēs testis est xp̄s: ꝙ si liberata fuero: scōꝝ vestigijs
adherebo: ꝛ curas oīuꝫ sollicite exercebo vt ceperā. Uale vir dei: ꝛ
Um hāc epistolā legisset grisogonꝰ orō memētō mei. Lc. iij
ne facta cū multis cōfessoribus: ita rescripsit. Fluctuāti inter
ꝓcellas ꝛ turbines mūdi: cito suꝑ vndas deābulās xp̄s adueniet: ꝛ
diaboli aduersū te flantē spiritū: vno iussionis sue sermōe cōpescet.
Patiēter ꝛ quasi ī medio mari posita: crede ad te xp̄z vēturū: ꝛ ad
temetipsā ꝯuersaꝫ exclama cū ꝓpheta dicens. Quare tristis es aīa
mea: ꝛ q̄re cōturbas me? Spa in deo: qm̄ adhuc confitebor illi: salu
tare vultus mei ꝛ deꝰ meꝰ. Geminū diuini muneris ꝓbatū iudiciū:
cū tibi ꝛ terrena reddūtur ꝛ ꝓmittunt᷑ celestia. Dn̄s cui beneficiū
suū ad hoc in extremitatibꝰ ꝓtrahit: vt nō sit nobꝭ vile qđ p̄stat. Ut
de ne turberis in hoc qđ pie viuētibꝰ aduersa inferātur nō enī deci-
peris sꝫ ꝓbaris. Nō est tuta defēsio: quā putas per hoīem posse cō
Udi scripturā dicētē. Maledictus hō: q spē (stare. Lec. iiij.
ponit in homine. Et bn̄dictus hō: q spē suā ponit in deuꝫ. Caue
fortit᷑: vigilāt᷑: strēnue vniuersa peccata: ꝛ a dō solo q̄re solatiū cuiꝰ
iussa seruas. Cito. n. ad te placitū tēpꝰ ꝯuertet᷑: ꝛ q̄si post natas tene
bras: floridū diei lumē accipies: atqꝫ post glaciale frigꝰ hyemis trā

feruntis: aurea tibi tpa z serena succedūt: vt oibus q xpi amore affli gūtur: prebeas tpalē leticiā: p quā sine dubio cōseq̄ris eternam. Uale in dño: ora p me. Hanc epistolā legēs anastasia: fortiores fi dei vires accepit: tū de patiētie v̄tute gl'iari: q̄ntū p̄us de opp̄ssione

